quo modo punitur:ſed ita damnatur ut bõa eiuſ cõſecrentur & i publico redigantur nã ſupplicia dicebantur ſuplicamẽta & ſuppliciũ dicitur de cuius dãnatione delibat̃ aliqͣd deo:uñ & ſupplicat̃.

Suppliciter:humiliter.cũ ſupplicatione.

Supploſa:excluſa.

Supplo ſit:ſubſonat.

Supponit:ſumittit.pro aliquo ponit.dat.

Supremus:ultims.uel ſũmus ſuperior uel ĩferior. extremus.dictũ a ſupra qd ſupereminẽat.

Supprimit:occultat:coercet.frangit.haurit.

Supuratus:purulentus.

Sur anguſtia.

Sura fœminium pars pedis.uel crus.uel poſterior pars tibiæ.ideſt ultima uel a genu iuncta ad pedẽ ſed ponitur pro pede.

Sure tor.muſculi.idem ſignificãt at enim tibiarum ſunt aut crurũ uel lacertorũ uel ulnarũ.

Surcula uimina ſucciſa.

Surcula a præpoſitione ferri dicta. ſimplices corbines ſunt.

Surdus a ſurdibꝫ humoribꝫ in auribus perceptis dictus q̃uis in aliis caſibus accidat.

Surdeo es dui unde ſurdeſco.

Surdus a ſordeior ſimus ſurditas:cõpõit̃ abſurdũ

Surgo gis ſurrexi a ſurſũ & rego cõponitur.

Surgitur a loco.exurgitur a ſomno inſugitur ad uindictam:cõſurgitur ad auxiliũ.

Subridet:leniter arridet.uel latenter.

Subigit: erigit.caput lauat.

Subripit. furatur . expilat.

Subrogat: ſubſtituit.ſubiicit.

Subruit:ſubuertit.

Surſũ aduerbiũ ad locũ ſignificat ſuſũ in loco.

Sus dicta ꝙ paſcua ſubigat & terra ſubaçta eſcas inquirat.hic & hec ſus ſuis a græco συσ inde ſuſus na.num.unde ſuilla diminutiuum & ſubulcus.

Suſanna interpretat̃ liliũ.uel ſubleuatio gloriæ.

Suſa oppidũ perſiæ nobiliſſimũ.idẽ & ſuſi.

Suſcipere ad animã & corpus refertur.

Suſcipio : ſuſtuli.

Suſpicor & ſuſpitio a ſuſum uel ſurſum componit̃ ſed obiciunt unam s.quia non poteſt geminari conſonas alia conſonante ſubſequente ſicut nec antecedente niſi ſit muta aut liquida.

Suſpicit:ſurſũ aſpicit ueneratur:mirat̃. colit.ituet̃.

Suſpicienter:uenerabiliter.

Suſpitiones.indicia quædã & ueſtigia.

Suſpitio eſt uelut de quibuſdã coniecturis.

Suſpiciũ:refugiũ preſidiũ.

Suſpicatur:exiſtimat.arbitratur.

Suſpirat.ex alio ſpiritũ trahit.

Suſpiriũ dcm̃ q iſpiratio difficultatis ẽ quã græci dicũt ideſt ꝓlocationẽ.

Suſpiriũ anxietas.reſpiratio.

Suſtentat.tolerat.

Suſtinet.præſidio eſt ſuffragatur patit̃.tolerat.

Suſtollit:eleuat.

Suſtulit.ſurſum tulit.

Suſis metropolis ciuitas eſt regiõis elamitarũ a q & regio dicta eſt in aqua daniel fuit.

Suſis oppidũ perſidium nobiliſſimum in achamenia eſt hoc aiunt memnona conſtruxiſſe.dictum ꝙ imminet fluuio ſuræ.

Suſpecta ſollicita non tuta infida.

Suſpectum:ſuſpiciendum.erubeſcendum.

Suſpectat:ſuſpicatur.aſpicit.

Suſpendium:eleuatio intentionis ad deũ.

Suſpenſio:ſtrangulacio.laqueus.

Suſpendioſum:laqueoſum.

Suſpenſe.ſollicite.dubie cogitantis.

Suſpenſus:ſollicitus ſtupefactus.a terra eleuatus i incertus. dubius.

Suſpenſure exaltationes maris elariones.

Suſũ i ſuperiori parte i loco ſignificat ſurſũ ad locũ.

Surſurrat.muſitat murmurat.

Surſurro de ſono locutionis dicitur . quia non in facie alicuius ſed in aure loqr̃ alteri detrahendo.

Surſurro onis.detractor.bilinguis:rixator.q murmurat.ſetentioſus.

Sutella:aſtutia.quaſi ſubtile tellũ.

Subtilitas aſtutia ſenſus.acumen.

Subtilis:acutus exulis.aſtutis.

Sutilis : quæ conſuta eſt iuſta antiquos mores. primam prod̃.penul.breuiatur.Virgilius.

Sutor a ſuendo pelles dictus.

Sutores dicti quia inſertis porcorum ſetis ſuãt pelles quaſi ſetores.

Sutul oppidũ maſculinum.

T Littera ſequente i ante alteram uocalem debet pronunciari ſono c niſi altera conſonans antecedat: ut cõtextio.nam lectio dicitur.

Tabanus animal modicũ armentis aculeo per moleſtum:idem & œſterus aſylum uulgo dicitur.

Tabata interpretat̃ bona.

Tabellio notator.

Tabellio dicitur ꝙ ſit portitor tabellarũ idẽ & ſcriptor.i.ſcriba publicus Ante enim chartæ uſum in dedolatis lignis ſcribebant.

Tabernacula tentoria ſunt militum quibus in itinere ſolis ardores tempeſtateſqꝫ & in iurias frigoris uitant. Dicta uero ſunt ꝙ diſtenta funibus tabulis interſtantibus appræhenderentur quæ tentoria ſuſtinerent.

Tabernaculum licet ponatur pro habitatione ſẽpiterna tamen proprie belli res accipitur & ſignificat continue fidem temporalis diſpenſationis per incarnationem domini.

Tabernæ olim uocabantur ædicule parue plebeiorum dictæ ꝙ ex tabulis ligniſque erant coſtructe unde & tabernarii dicuntur qui ibi reſidere ſolebant.

Tabernio qui uinum uel aliquid uendit.

Tabentum lapis tabernatus.

Tebent.languent.

Tabeſcit qui nimio languore ad maciem uenit.

Tabes:macies . morbus ſq̄lor lues clades lāguor.
Tabes eſt corrupto ſanguine corrumpente ui/
ſcera nam tabe diſtilant qui peſtilentia cortum
puntur.
Tabellæ in quibus ſcribūt unde tabellari qui eas
portant.
Tabellæ diminutiuū a tabula.
Tabes oppidū perſidis.
Tabeel proprium eſt interpretatur bonus deus ut
uel hominem uel idolū oſtenderent.
Tabi & tabo putridus ſanguis eſt tabes āt peſtilen
tia uel quælibet putredo.
Tabificus:tabē faciens.
Tabida:morbida uel corrupta quæ tabē faciunt.
Tabita interpretatur doreas ideſt dama uel caprea
Tabita cum ideſt puella ſurge.
Tabor & ermor duo mōtes ſunt.īterpreratur uero
tabor lumē ueniēs:hermon anathema eius.
Tabacra ciuitas affricæ.
Tabulato olim limine domus fiebat.unde & ta/
bulatorum nomen permanet.
Tabule a tegendo dicte unde & tegulæ.
Tabule teſtamēti ideo dictæ:quia ante uſum char
tæ uel membranæ in dedolatis tabulis ſcribebāt
Taburnus mons apuliæ campaniæ.
Taburnus arbor.
Tacere: ſcilere . nil loqui.præterite.
Tacitum:ſilens.latens.
Taceo es inde taciturnus taciturnitas . componiť
conticeo unde conticinium.conticeſco.
Tacite:quite.ſilenter.
Taciturna:grauis. admirabilis.
Taciturnitas :pudor.uercundia.nil loqui : ſilentiū
uero confuſis uocibus uel tumultibus.
Taciturnus:in tacendo diuturnus.
Tactus dictus ꝙ pertractet & tangit.& per oīa mē
bra ſenſus uxorem aſpergat.nam tactu probāus
quicquid ſenſibus cæteris iudicare uō poſſumus
duo autem ſunt genera eius nam aut extriſecus
uenit quod feriat aut intus ī ipſo corpore oritur.
Taddèus qui & iudas iacobi de lxx.duobus.
Tafat turunculus.
Tadal rex multarū gentiū quia in diebꝫ eius diui/
ſæ ſunt linguæ:
Tafendus hercules dicitur.
Tafuis queretanis.
Tafinas interpretatur inſanus ſerpens uel opertū
ſignum.
Taphos græce ſepulchrum epitaphiū uero ſcriptū
ſup ſepulchrū.
Tagaton qui & πρωτοβατισ græce ſūmus & pri
ceps omnium deus interpretatur.
Tagas græce furunculus.
Taygetas mercurius a taygeto oppido dicitur.
Tago græce poſſum.
Tages quidam faber fuit qui in hiſpania ſubito
ſulcis emicuit in cuius ortu aureus tagus proceſ
ſit hic oppida condidit.leges ſerendi dedit inter
pretatur uero potens a græco tago ideſt poſſum
ſecus tamē de tage ſentire uidetur Ouidius ul/
timo metamorphoſeos his uerbis:
At nymphas tetigit noua res & amazōe natus.
Haud aliter ſtupuit q̄ cū tyrrenus arator.
Fatalem glebam mediis aſpexit ī aruis.
Spōte ſua primum nulloq; agitante moueri.
Sumere mox hois telluris omittere formā.
Oraq; uēturis aperire recentia factis.
Indigere dixere tagem qui primus Etiſcam.
Edocuit gētem caſus aperire futuros.
Tagum fluuium carthago hiſpaniæ nominā uit
ex quo ortus procedit auriferis harenis.
Taygeta mons laconū.
Taygete ſtella quæ in fronte tauri eſt. una ex pli
adibus.
Talamin interpretatur ſuſpenſio.
Talamon græce cubiculū coniugalis thorus.
Talaſſius dici fertur quia cū ſabinæ raperētur una
elegantiſſima extitit quā ab oraculo talaſſio duci
reſponſū ē dari ab hïs qui feliciter actis nuptiis ta
laſſu noīe uſi ſūt.hoc & apud ægyptios.
Talamus domus uel lectus nuptialis.
Talaris tunica dicitur q̄ uſq; ad talos deſcendat.
Talares calcei ſocci ſunt ea figura ut talū contigant
ſubtulares uero ſub talo.
Talaria calciamēta mercurii pennata.
Talaſtrus colaphus in talos.
Tale: idē.ſimile.expreſſū.
Talentū ſummū eſſe pōdus ꝓhibetur a græcis ſi
calcus minus.huius diuerſe pōdus hēť.nā apud
romanos ſeptuagintaduarū librarū ē.aut triplex
ideſt minus mediū ſummum minus.L . Mediū
Lxx.duarū ſumum.Cxx.
Talentū.uiciſſitudo.
Tales mileſius.græcus auctor.
Thalia.muſa una de nouē uel comœdia : interprē
tatur autem capacitas.i.terra comica laſciua gau
det ſermone thalia.
Talis tantus & tot ſi ad præſentes dicantur etiam
demonſtratiua ſunt : ut uides illum.talis eſt iſte.
ſin ad abſ̄tes relatiua uel redditiua tantū ut qua
lis hercules talis fuit theſeus.
Talio eſt cū id patitur quiſq; quod fecit iniuriæ uel
ueneficii.
Talio onis recompenſatio ſimile.
Tali ſunt ramuſculi fuſiles.
Talpa dicitur ꝙ ſit damnata cecitate perpetua . eſt
enim abſq; oculis terram ſemper fodiens: quod
græci uocant talfas.
Talus dicitur a tolo.Nam tolus eſt eminens rotun
ditas:unde & faſtigium templi rotundum tolus
dicitur.
Talus eſt ſub crure:ſub talo calcaneus.taxillus di/
minutiuum eius.
Tum aduerbium comparandi quantitatis uel qua
litatis.
Thamar interpretatur amarido pro uiris mortuis
eadem & commutans:mutauit enim ſe ī habitu
meretricis quando cōcubuit cum ſocero ſuo.
Thamar interpretatur amaritudo uel commutās
hæc nurus iudæ fuit.

Thamar urbs ē in ſolicitudine.hæc palmira dicit Nam thamar hebraice palma ſonat dicta a quibuſdam quia ibi palmata ſint plurima.
Thamar hebraice iulius menſis dicitur.
Thamus menſis iunius.
Thamaricium latie dcm̄ ab amaritudine.arborem hanc græci maraton dicunt.
Taminare:corrūpere:
Taminus:iunius menſis.
Tamū iterptat̄ cōſumans:uel contemptus.
Tamna interpretatur deficiēs.locus in iſrael fuit.
Tamnathſare ciuitas ioſue in latere mōtis gaas ubi eſt inſigne eius ſepulchrū.
Tanais fluius qui & tanus dictus eſt ex ripheis ſylnis ueniens dirimit europam ab aſia in pontū fluens.
Tanais fluuius ſcythicus de monte hyperboreo ueniens.
Tanagerrus amnis lucaniæ.
Tanaquil uxor tarqunii ſuperbi.
Thanateos græce mortuus.
Thanateos iſula gallici oceani dicta a morte ſerpē pentiū:terra eius ēt quoquo gentiū inuecta ſit illico angues perimit.
Tandem:aliquando uel in fine.
Tangit:contingit:inqetat tractat.
Tango gis tetigi tactum.
Tango is tactus ītactus & cōtactus.cōponitur atti go.contingoptingo.contagio.
Tanis humile mandatū interpretatur.
Tanis ciuitas metropholis eſt ægypti ubi pharao fuit.& moyſes cuncta ſigna fecit:hanc conſtruxiſſe dicunt titanes ideſt gigantes & ide dicta.
Tantalis auis quā ardeā uocāt.
Tantulus diminutiuum.
Tantullus modicus.
Tantiſpet.interim.iterū.iterūq̧.
Tātus unde tantullus tātillus.cōponitur tandē.
Tandundem numerū ſignificat.
Tantidē tāti pretii eſt quāti & illud genitiuus de tantundē.
Tantundē tantidem in nominatiuo ex duobus corruptis in genetiuo & integeo & corrupto cōponitur.
Tantundem :ipſum.idē ſimilitudo.figura eiuſdē rei de qua agitur.
Tantū a tam & tenet componitur.inde diminutiuum tantulū.unde etiam tantillū.
Taos:gemma eſt.
Tapax.furunculus.
Tapeta dicta ꝙ pedibus prius ſternerentur quaſi tapebia:hæc aūt ſimpla ſunt ſicut ex una pte uilloſa.aut āphitapa ſicut ex utraq̧ pte uilloſa hoc tapetū tapeti & hoc tapete tapetis.& hic tapetes tis.Virgilius.nam tapetes pulcbros dixit tapetibus etiā prima corripit.
Tapinoſis eſt humilitas ſtatum magnæ rei dictis infirmans ut apparent rari nantes in gurgite pro mari.
Tapinoſis græce latine humilis actio.
Tabrobane inſula indiæ ſubiacens inter ortū & occaſum maior pars huius calore eſt uſta ſolē oriētē dextra hahet occidētē ſiniſtra ſeptentionē nō uidet ſed canopū ſtellam.
Tapſus inſula ſtadiis decē a ſicilia diſtat.
Tapſus ciuitas inter bizantiū & tripolim.
Tara interpretatur odor ſuauitas.
Tha hebraice cōtemplatio ſtuporis.
Thara interpretatur exploratio acceſſionis.
Tharath i ntepretatur fulgurans.
Tharanis dicitur iupiter.
Taraconia hiſpaniæ ciuitas.caput taraconenſis ꝓuinciæ.
Tares neptuni filius fuit:
Taras fluuius antiqnus in adria.
Tarebelle ē ciuitas iuxta mare circa hadriam.
Tardū pigrū:lentū.obtuſum.ſtolidū.
Tardus dior ſimus.tarditas tardo tardas quod tenet ratum.
Tarea ueſtis regia aut ſtola purpurea.
Tarentum ciuitas in ultima parte italiæ oppidum campaniæ.
Tarmus uermis in carne.uermis lardi.
Tarpeia filia tarpeii quæ dum traderet romam ab ipſis interfecta ē & ſepulta ante capitolium cui nomen tarpeium dedit.
Tarqui duo fuerūt:unus ꝗ ludos romanos inſtituit & capitolium inchoauit.alter qui fuit ultius regū & tēplū ioui in capitolio conſtruxit.
Tarſum ciliciæ proles perſeus ædificauit de qua fuit paulus apoſtolus natus.Quidā etiam locus in die tarſis dicitur.
Tarſis filius iuuan a quo cilices : unde metropolis eoꝝ ciuitas tarſis dicitur.
Tarſis exploratio gaudii interpretatur.
Tarſis ſpeculatio gaudii interpretatur.
Tarſis hebræū ē latine ætgyops interpretatur.
Tarſis mare uel pelagus.
Tarſis ſiue calcedonia carthago eſt.
Tarſis quod in ezechiele & daniele repertur aqla chryſolitū:ſymmachus hiacynthū interpretatur unde quidā in ſyra ſiri male tarſis tarſum ciuitatē putauerunt.Nam inter reliquos lapides qui in ornatu ſacerdotis ſculpti ſunt: eiuſdem lapidis nomen inſeritur.Eſt tamen homonimon: quia tarſis uocabulo indiæ regio nuncupatur & ipſū mare.quia ceruleū ſit & ſolis radiis repcutitur colorem ſupradictoꝝ lapidum trahit:unde & dicit Quo tarſis Ionas ire uelle dicitur:& ſalamon pro comerciis naues miſit:licet ioſephus iuxta litterā commutatam græcos putet tarſum appellaſſe pro tarſis quod eſt hebræū.
Tartareum horribile uel infernale.
Tartarus dicitur:uel quia ibi oia turbata ſunt uel quod eſt uerius απο του ταρταρηξειν ideſt a tremore frigoris.illic enim fletus & ſtridor dētiū locus inferoꝝ confuſus.
Tartarus ſingulariter & tartara pluraliter idem ſignificat.

Taraca:ueſtis regia.
Tarcos urbs graciæ.
Taſiæ uites a taſo inſula dictæ.
Tatiani hæretici a tatiano quodā dicti:q & encraticæ dicunť:qa carnes abominanť.
Tatula animal eſt accerrima habens cornua quaſi ſerram:a nullo capi pōt:ſed tamen cornua mollibus uirgis obligat.
Thau:manſuetus.
Taueſſi:ſubterranei.
Taumantias turni ſoror fuit.
Taumaſtes græce mirabilis.
Taumata græce miracula.
Taumatus græce mirabilis.
Taura ſterilis.
Tauri ſignificāt principes popularum.Aug.
Taurus græcū eſt.ſicut & bos.dictus ꝙ naſcantur ex eo uermes ricino ſimiles huius tauri ſanguis hauſtus mortalis fertur eſſe homini.
Taurus ſecundū ſignū i cælo.quem propter iouē inter ſydera poſuerunt quia in bouē ſit conuerſus quando rapuit europam.
Taurus tormenti genus.quod quidam phalaris agrigentinus tyrannus inuenit.quod ipſe poſt expertus eſt.æreus taurus erat.
Taurus mons qdam ideſt caucaſus.ubi eſt taurominium oppidum.
Taurominiū taurominii proprium ciuitatis:hinc taurominitanus.
Taurominitana urbs ſiciliæ:ubi ē chacybdis.
Tautatnos idē eſt & clauas:idē & cateias.
Tautones dicūť pili palpebraꝝ uel palpebræ.
Tautologiū ideſt eloquium ideſt repetitum ut ſi fata nirum ſeruant:ſi ueſcitur aura.Totum enim quod repetitur una res eſt:ſed crebro ſermone annunciata.
Tautologas ideſt idipſum uerbum.
Taxat ponderat nominat.æſtimat.tangit.
Taxatio:æſtimatio.deliberatio.nominatio.
Taxare dicitur æſtimare tractum ab emptoribus qui taxatione pretii tandem ſuas uolūtates colligunt:inde componitur dumtaxat.
Taxata: ſubnexa. intexta. æſtimata. taxatiuncula diminutiuum.
Taxea lardus eſt gallice dictum.
Taxeota ideſt offitioſus:
Taxillus diminutiuum a talo:ſicut a uelo uexilū
Taxus uenenoſa arbor:unde & toxica uenena exprimuntur.inde fit arcus.hæc abundat in corſica.
Theatrū eſt quo ſcæna includitur ſemicirculi figuram habens in quo ſtantes oēs aſpiciunt cuius forma prius rotunda erat ideſt anphiteatrū.theatrū autem græca a ſpectaculo noiatū ꝙ i eo ſtās populus deſuper aſpiciat ludos hoc atheneis primum:deinde a cenſoribus romæ factum ē.
Theatrum.ſpeſtaculum.locus in ciuitatibus erat ubi exercebantur ioca regalia & decolabantur rei plærunqꝫ etiam innocentes.ad hoc cōnfluebant omnis populus.
Theatrum ſpectaculum ubicunque fieri dicitur. dictum a theoro Τεῶρῶ ideſt uideo.
Thebas ægyptius cadmus condidit græce thebaida dicta : idem in boetia thebas condidit. thebæ duæ ſunt : una in ægypto:altera in græcia antiquitus ſingulariter thebea. ſunt etiam thebæ antiquæ in theſſalia echione ab echione dictæ qui adiuuit cadmum.
Thebæ pluraliter declinantur & ſingulariter thebe thebes.
Tebeth hebraice ianuarius.
Thebeth in libro heſter menſis decēbris.
Thebaleum marmor inter tinctum aureis guttis.
Theca græce reppoſitio. alii dicunt ab eo ꝙ tegat aliquid:inde componitur theſaurus theſaurizo chirotheca.
Tectones fabros uel artifices græci uocant.
Tectus:occultus.latens.cautus.a tego gis texi.tectum.
Tectum operimentum domus lar.limes.
Tectoriatus:tecto coopertus.
Tecuæ interpretatur ſonus tubæ.
Tedæ lāpades pigues propť craſſam picē dictæ.
Tehed & ioth interpretatur iuſtitia domini.
Tædet imperſonale.
Tædet:horret.pænitet.tædiū patiť.triſtatur.unde pertæſus
Tediū:anxietas.angor.ſtimulus.
Tædiatur tædio afficitur.
Thee:thalamus.ſemen ſiue fons.
Tefrin lapis a colore cineris dictus.
Tegeum:oppidum arcadiæ.hinc tegæa.
Teges:coopertorium a tegendo:priſc. hæc teges tegetis.
Tegit:celat cooperit.
Tego gis xi tectū tector tegmen.tego teges.tegula tuguriū.componitur circūtego obtego. detego.protego.retego cōtego.cortex texo.
Tegmen dictum ꝙ tegat membra ſicut & tegumenta.
Tegimen a tego gis & p concisionem tegmen.
Techna:fraus.ars.
Technitæ græce artifices.
Techemōes malæ artes.
Tegia fides coopertura.
Tegnogamia:filioꝝ nuptiæ.
Tchnopegma ars ludicra.
Tegolicus lapis nucleo oliuæ ſimilis.
Tegulæ dictæ ꝙ tegant ædes.idem & imbrices primæ poſitionis:cuius diminutiuū tigillū.
Tegularia maleficia dcā ꝙ ſup tegulas ſacrificet.
Teiori Iulius menſis capadoce θεοθин diuine.
Teian ſol uel gigas interpretatur:nomen eſt antichriſti quod eē ſe finget.cuius numerus ē dclxvi.
Tæla a longitudine ſtaminum dicitur cuius deriuatiuū tælaria unde tælla pluraliter iacula ablōga quæ emittuntur.Virgilius.Concurrere tælis.
Telamon pater aiacis.
Telamodie componens.
Thelebœs populi.

Teſſo diſtinctio.
Telete:purgationis.
Teletæ græce hoſtia dicuntur purgatiua dicta a
perficiendo.i.hoiempurgando:& dicitur thetatẽ
eo ꝙ hoiem perfectum deo deuouet: deriuatur
aũt a uerbo τελεω Τελω ideſt pficio: ſũt autem
tres teletæ:una quidem baptiſmatis ſecunda cõ
munionis:tertia chriſmatis ſed illa quæ ẽ cõmu/
nionis aliis duabus pſectionẽ pſtat.
Thelycon θηλυκον fœmininum.
Telegon tuſculũ ciuitatem conſtruxit:q̃a ignorã
ter patrem peremit.
Telinum:ſpecies unguenti.
Telos græce finis.
Telonem hortolani uocant lignũ longũ quo hau
riũt aquas: a longitudine dictum tælon Τηλον
enim græce longũ dicit' hoc hiſpani ciconiam di
cunt quia imitetur auem illã roſtrũ leuantem &
deponentem.
Telon græce & latine uectigal interpretat' inde te
loneũ & telonarius ideſt curator.
Teloneũ dicit' ubi merces nauium & nautaꝝ emo
lumẽta reddũtur:ibi eni uectigalis exactor ſedet
pretium rebus impoſiturus & uoce a mercatori
bus flagitans.
Tellorem:terrorem.inferna ſedes.priſc.
Telum proprie ſcd'm græcos dicit' qcquid procul
iaci põt:q̃q̃ abuſiue & gladius.
Telũ lateris dolor a medicis dictũ ꝙ dolore corpus
tranſuerberet quaſi gladius.
Tellurus:terræ numen.
Tellus terra frugifera dicta ꝙ eius fructus tolli/
mus.
Tellus ꝓfunda pars terræ ĩ qua arboꝝ & hærbarũ
radices tenentur. Terra aũt ſupficies a terendo di
cta.hæc tellus telluris.
Tellus amor terræ dea terræ.
Tellumo pars terræ.
Telludis quidam locus romæ.
Thema:norma uel forma.meteria dictionis græce
prohemiũ: ſimilitudo.
Themã ĩterpretat' auſter ſiue percuſſio hic nageb
& daron appellatur.
heman prouincia eſt gentilium:interpretatur au
ſter uel loquens.
Themæ pondus tres ſcrupulos retinet.
Themelici erant muſici ſcenici dicti ꝙ oliĩ in orche
ſtra ſuper pulpitũ canebãt quod themele dici/
tur.
Temerarius eſt qui nõ æſtimat periculum. audax
uero qui non timet.
Temeritas ſine conſilio:audacia uero poſt conſi/
lium.
Temere ſignifiat cauſa alias fortuitu alias male ali
as improuide.
Temere aduerbiũ ẽ.
Temeritas ſcd' ciceronẽ ẽ cũ incõſiderata dolorum
ppeſſione gladiatoria dolorũ ſuceptio.
Temerare:corrumpere.uiolare.polluere.
Temetum uinum dicitur ꝙ teneat mẽtem & faci
at titubare.ũde & dicitur temeratius temero as
temeratus temulentus.
Temeſis eſt unius compoſiti uel ſimplicis uerbi ſe
ctio una diſtinctione uel pluribus interiectis ut
ſeptẽ ſubiecta trioni & ſaxo cere comminuit brũ.
Themis interpretatur obſcuritas uel caligo quæ
dam dea quæ dabat rñſa.
Temne:trama.
Temnit:contradicit.pro contemnit.ſpernit.
Tẽno nis pſi temptum m ante n in eadem ſyllaba.
Temoys libros.
Temo.lõgitudo aratri uł plauſtri.temo temõis
Tempe loca in teſſalia delectabilia proprie ſiluæ
locus amæniſſimus & nemoroſus.
Tempe loca quidã frigida ſylua tecta. pluraliliter
declinatur per nominatiuum accuſatiuum uo/
catiuum.
Temperantia eſt uirtus qua libido cõcupiſcentia
qꝫ rerũ refrenatur.
Temperantia eſt rationis ĩn libidinem atqꝫ alios
nõ rectos ĩpetus animi firma & moderata dñatio.
Eius partes ſũt cõtinenta clæmentia.modeſtia.
Tẽperãtia eſt animoꝝ uirtus:tẽperatio uero cuiuſ
cunqꝫ rei temperamentum.
Temperies auratum
Temperat:placat.mitigat.leue facit.æqlibrat. mo/
derat. cõuenicter cõmiſcet.
Temperatus:mãſuetus.moderatus.modicus. ma
turus.cõmunis.
Tempes:laubia uulgo dicitur.
Tempeſtas aut pro tempore dicitur ſicut ea tem/
peſtate:aut a ſtatu cæli ſicut uerno autũali tẽpore
quando maxime fiũt tempeſtates quando nec
plena æſtas nec plena hyems eſt.
Tempeſtates:uenti.turbines.procellæ uertigines
grando.
Tẽpeſtiuum ueteres opportunum a tempore di/
ctum.
Tempeſtiua opportuna: matura ſuo tempore
acta.
Tẽpeſtiue ueniſti id eſt tempore competenti quã
do oportuit.
Templum a cõtemplatione dictũ cuius nomen ꝓ
qbuſcũqꝫ magnis locis antiqui dicebant & tem
pla dicta quaſi ampla tacta.templi quattuor ptes
ſunt:antiqua ad ortum:poſtica ad occaſum: ſini
ſtra ad ſeptentrionem:dextra ad meridiem. Pri/
mus moyſes tabernaculum domĩo condidit Sa
lamon deide templum.
Tẽpora ſunt murationum uices hyems uer.æſtas:
autumnus in his temporibus: aũt uelocior, eſt
ſolis tranſitus aut tardior.
Tempora ſũt q̃ per ſydera fiũt:nõ ſpatia horaꝝ:ſed
uiciſſitudines affectionum cæli:unde & de ſyde/
ribus dictum eſt:ſint in ſigna & tempora & dies
& ãnos. Nam ſi aliqs corporalis uel ſpũalis motus
conditionem iſtorum luminarium præceſſit: ut
aliquis a futura expectatione per præſens in præ
teritum traiiceret ſine tempore eſſe non potuit
& cætera.

Tem̄pora ſūt ut ait ambroſius uices mutationum
in quibus ſol anni orbē inconfuſa uariate diſtin
guit:tempora aūt a motu ſyderum ſunt ſicūt de
us dixit.

Tempora anni quattuor ſunt:uer.æſtas. autūnus
hyems.dicta a cōmunionis temperamēto: quod
iuicem ſe humores ſiccitate.calore & frigore tem
perent.Ver quippe conſtat ex humore & calore
& ſiccitate.autunnus ex ſiccitate & frigore:hyemſ
a frigore & humore.Ver oritur.yiii.Kal̄.martii.
æſtas.yiii.Kal̄.iunii.autūnus.yiii.Kal̄.ſeptembris
hyems uero.yiii.Kal̄.decembris:initium uero ue
ris.vii.idus februarii.æſtatis initiū.yii.Idus maii.
autunni initium.yii.idus auguſti:hyemis initiū.
yii.idus nouembris.Tempus iuxta hebræos in
teger eit annus:tempora uero duo anni: dimidi
um temporis dimidium anni.

Tempus ē mutabilium rerū more uel motus ip̄m
interuallum breue uel longum quod ipſius tem
poris eſſētiæ uidetur eſſe diffinitio poſſetq̧ ſine
ſole & cæteris ſideribus eſſe . Quod uero ānū mē
ſes dies & cætera id genus tempora nominamus
que ſine ſyderibus eſſe non poſſunt.ip̄orum tē
porum certa ſunt nomina preſignatæq̧ & defi/
nitæ menſuræ:licet ipſa ſydera noſtrorum more
& motus cauſa eſſe uideantur temperant eteni ui
tam noſtram:ut modo circa ignem:modo circa
frigus & cæteras qualitates. afficiamur immore
mus ſcilicet uel fugiamus: unde & tempora di/
cta ſunt:inde & dominus forſitan ait.ſint in ſi/
gna.& tempora.ſine his tamen ſyderibus tres di
es fuiſſe perhibentur. quando tempus defuiſſe
nemo fortaſſe recte affirmet.ſed iam tunc aliqua
rū reꝝ motus uel mora erat:

Tēpora alid eē uidētur:aliud tempus:ſicut homo
ſpecies.hoīes uero indiuidua:

Tēpus:dies.hora.momentū.euētus.ſpaciū. ſæculū
interuallū.facultas.copia.occaſio.his omnib⁹ mo
dis accipit̄.

Tempus tēporis inde tēporalis dr̄ temporaneus.
tēpeſtus quod nō eſt in uſu:tempeſtiuus ua.um
tempeſtiue cōponit̄ an̄peſtus a extēplo idē extra
tēporis amplitudiem temporis aduerbio ē mox.

Tēpora ſunt q̄ caluariæ dextra leuaq̧ ſubiacent in
de dicta quia mouentur:ipſaq̧ mobilitate quaſi
tempora q̄buſdā iteruallis mutant̄.

Temptat:experitur :inquirit.laceſſit perſuadet pi
culum facit.

Temptare probare.ut deus temptauit abraham &
pro inplicare peccato ut deus neminem temptat
Temptauit diabol⁹ adā de gula cum lignum ue
titum oſtendit & ad comedendum ſuaſiit. Tēpta
uit ex uanagloria cum dixit eritis ſicut dii. tēpta
uit ex auaritia cū dixit ſcientes bonum & malum
quia auaritia non ſolum eſt pecuniæ ſed etiam al
titudinis:in hoc ergo eum ad ſuperbiam traxit
Eiiſdem modis dominum temptauit & uictus ē.
p̄ gulā.Dic ut lapides iſti panes fiant.p̄ uanaglori
am: mitte te deorſum.p̄ ſublimatis auaritiā: hæc
oīa tibi dabo ſi procidens adoraueris me.

Temulētus:ebrius.a temeto ideſt uino dictus.

Tenax nū cupidior quod teneat.interdum & per
tinax.

Tanaces:cupidi.auari.ſtringentes.duri.

Tanaces:forcipes fabroꝝ.

Tenda quæ ruſtice trabea dicit̄.

Tendit:dirigit.feſtinat.eleuat.pergit.conat̄.

Tendo dis tetendi tenſus & tentus.tentus tamen
& a tento fit:poteſt & nomen eſſe intentus ior ſi/
mus.tentoriū quoq̧ in deriuatur & tentio & ten
go & tenor.

Tendo dis inde tentorium.tendicula.tenſor ten
ſio tenſibilis.componitur a tendo obtēdo perten
do pro.præ intendo re.diſ.con.portentum portē
do is.

Tendiculæ:inſidiæ quæ tenduntur auibus uel le/
poribus ut rætia.

Tenet:habet.poſſidet.moratur.nouit.'aſtringit.in
uadit.

Teneo es tenui tentus tentum:ide frequentatiuū
tento as.componitur attineo cō.per . ſuſtineo cō.
tinens continentia:ræticulum deriuatur inde te
nax ior.ſim⁹ tenacitas tenor tenuis ſimus itas te
nuo tenuas:& quæ ex hoc tenerior rimus tenel/
lus.tento as.unde ſuſtento & ex hoc retento as.
tenax.& quæ ab hoc.tenus prepoſitio tinea. com
ponitur attineo pertineo ob de.ſuſ.con.re.teme/
tum:& quæ ab his.

Tenebræ dictæ ꝙ teneāt umbras nil autē ſt̄ tene
bræ ſed priuatio luminis hoc nomen accepit te
nebre ergo tantum nomen habent non eſſentiā
& ideo deus auctor earū eſſe dici non poteſt.quic
quid enim deum feciſſe dicimus habet ſcientiā
ſpecies & eſſentiam.

Tenebræ . inde tenebroſus.ſitas tenebrico as.

Tenebricari:tenebras facere uel pati.

Tenedos inſula una ex cycladibus ad ſeptentrio
nem ſita.in qua olim ciuitas athenæ condita eſt
unde & nomen urbis illius uel potius inſulæ fu/
it ꝙ tenes infamatur concubuiſſe cum nouerca
ſua & illuc fugiſſe.

Teneotica.genus chartæ.

Tenei græce tu.

Tener ra rum:molle fragile.delicatum.

Tener ior.rimus ritas.teneritudo.

Teneſmon greci dicunt ſanguinolentum & coa/
gulatū in modum fruſticuli ſtercoris paſſio diſ/
ſenteriæ eſt uel ex uulnere inteſtinoꝝ.

Tenia eſt uittarum extremitas dependens diuer
ſoꝝ colorū.

Teniæ inſulæ ligaturæ uittæ ſacræ.

Tenilis qui teneri poteſt.

Tenite artifices.

Tenion græce aſcondas.

Tenor rectitudo.norma.ordo.lex.conditio poſita

Tenor accentus.a tenendo.i.regēdo ſermonem.

Thenſa cum aſpiratione gēus uehiculi quo deo
rum ſimulcra portabantur απὸτοῦ θεοῦ ideſt
re diuina.

Tenſus:porrectus.ceſus.leuatus.

Tenſus & tentus a tendo is in uſu eſt.

Tentigo extenſo membri in libidinem concitati.

Tentorium dictum ꝙ tendatur funibus & palis.i. tabernaculum uel papilio.

Tenuis:ſubtilis.fragilis.leuis.exilis.ſtrictus. preſſus.ſiccus.gracilis.maces breuis.ignotus.

Tenuis:nudus.pauper.aridus.

Tenuitas:fames.ieiunia.

Tenus:uſq; iuxta præpoſitio ablatiui caſus.

Tenus Τοῦ ς χ ρι ſignificat.aduerbium:& quis ſemper poſita inueniatur: tamen quia ſine cauſali non poteſt poni:inter præpoſitiones connumeratur .quoniam nõ ſolum ablatiuo ſed etiam genitiuo more græco adiungit Virg. Et crurum tenus a mento palearia pendent.

Theodericus rex gothorum fuit qui rempublicã inuaſit.

Theodoſiani & calanitæ hæretici a theodoſio & calano dicti ſunt epĩs in alexandria.hi ppl̃i peruerſi errores eutycetis & dioſcori ſequentes calcedonenſe concilium reſpuunt ex duabus unam i chriſto naturam aſſerunt quanq̃ theodoſiani corruptam calanitæ incorruptam contendant.

Theodoria myſterium diuinæ ſcripturæ.uel diligens perſcrutatio uerborum.

Theologia grece latine diuinitas ſeu deitas appellatur.Theologiæ tria eſſe genera dicuntur ideſt rationale:quod de diis:eorumq; myticõ explicatur quod fabulare appellatur quoniam mythos græce fabula dicitur:ſecundum phiſicõ ideſt naturale.tertium politicũ latine dictũ ciuile. deinde aiũt mythicon appellare quo maxime utuntur poetæ.phyſicon quo pħi.ciuile quo populi.

Theologia de diuinitate rationem ſiue ſermonẽ ſignificat græce.

Theologi poetæ ideo dicebantur quoniã de diis carmina faciebant.

Theologus de deo diſputans.

Theologi.iidem qui & phyſici dicti:quia ĩ ſcripturis ſuis de deo dixerunt quorum uaria cõſtat opinio quid deus eſſet.

Theomachia deorum pugna.

Theoro θεωρῶ græce uideo latinæ.hinc theorema ſpeculatio uel contemplatio.

Theorema ideſt inſpectio.

Theoremata uel problemata ſunt geometricæ deſcriptiones:quæ fiunt poſtq̃ ptincipia ideſt punctum.linea:figura quid fuerit cognoſcitur:illa autẽ elementa uel principia dicunt.

Theoretica ideſt contemplatiua ſcientia ps philoſophiæ:quæ habet tres partes.tehologiã:phyſiologiã:mathematicam.

Theorica intellectus ad diuinitatem ſe extendens

Theoſebia græce pietas latine exprimitur dei cultus:Aug.

Theoriſma diligens uerborum conſcriptio.

Theos græce deus uel.ἀπὸ τοῦ θεωρεῖν

Theoro enim ideſt uideo.quod proſpiciat omnia inde & theorica ideſt contemplatio.

Theos contemplator.

Tepet:parũ calet.deficit a calore.

Tepeo es deficit ſupinis:& quæ ab his fiunt.

Tepor:calor paruus.

Tepidus:recens.calens.iners piger.ineficax.

Tepeo es:inde tepeſco tepidus tepor.componitur tempro as &temperamentũ & tepeſio.

Terra eſt ſqualida:tellus fructifera:humus autem inferior ac deorſum & humida eſt.generaliter autem terra ubiq; eſt.

Terra aũt dicta ꝙ naturali ſiccitate torret.

Terra ſignificat hominẽ & in bono & in malo.

Terræ circuitum geometriæ perhibent.clxxx. milium ſtadioꝝ.

Terra ſignificat ſtabilitatẽ in deo aliquando: quia interior homo ſtabilitur.

Terra merito dicitur quicquid infra ſpecialem hominẽ eſt terrena labe ſauciatum.

Terra eſt in media mundi regiõe poſita quæ ſingulari numero totũ orbẽ ſignificat plurali uero ſingulas partes.

Terra dicta a ſuperiori parte qua teritur :proprie autem terra ad diſtinctionẽ aquæ arida nuncupatur.naturalis enĩ proprietas ſiccitatis ẽ terris. Nã ut humida ſit:hoc aquarũ affinitate ſortitur.

Terra.inde terrenus terreſtris.componitur extorris terrigena terricola & teſta ſubterraneus a.

Terra terrenus facit.

Theranne proprium loci.

Teraphin figuræ uel imagines melius q̃ incendia idolũ quoddam fuit.

Teraphin hebraice idola.ueſtimentũ ſacerdotale.

Tercentum idẽ & trecenti.æ.ta.

Terebrare:perſcrutari.perforare.terebro as.

Terebra dicitur a uermie ligni qui nominat terebra quem græci teredona dicunt.

Terebra dicitur quia ut uermis terrendo fodit q̃ſi terrefora uel tranſfora.

Terebrum inſtrumentum perforandi a terendo inde terre bellum diminutiuum.

Terebinthus græcum eſt arbor generans reſinam omnibus præſtantiorem fructus modicos habet qui mandi poſſunt.

Teredo uermis ligni.

Teredonas græci dicunt lignorum uermes quod terendo edant.quos nos dicimus termites.

Terrenũ opus dicimus ex terra factum:tamẽ cum alio innatũ ut homo.terroſum uero ut frumentum:ꝙ de foris habet terrã admixtum: ſicut & harenoſum.

Terreſtre in terra natũ uel uiuens ut maritinum terreum uero quod de ipſa tm̃ terra conſtat ut. lateres.ſicut aureum æreum.

Tereon dicta eſt cyrene ideſt fera.

Teretes rotundi pulchri:& fortes.priſc.

Teres aliquid rotundũ cũ procenitate:ut colunna hic & hæc teres tis.priſc.

Terreo res ul.territus territo as . componitur per terreo deterreo exter. pro conterifico.terrefactus torpeo.uñ torpeſco.torpor . torpidus terminus.

Terret:timire facit.decipit.fruſtraſ.

Terretur:timet.formidat.

Terere:in puluerē redigere. polire.tero ris triui.

Tergere:abluere.lauare.mundare.tergo.ges & ter go gis.

Terga fuga dr̄ quotiens milites fugientes a tergo cæduntur.

Tergum & terga hominū ſunt:tergus uero qua/ drupedū eſt.unde pluraliter tergora coria dicūſ.

Tergum gi dorſum:tergus goris corium penulti ma corripitur.

Terga inde dicta quia in eis ſupini iacemus in ter ra quod ſolus homo poteſt.abuſiue uero terga animalium dicuntur.

Terga deorſum ſūt:ut latera.poſterior pars.

Tergora coria uel pelles.

Tergiuerſari : ceſſare. deſinere: dubitare. delibe/ rare.

Tergiuerſatur:fruſtratur.deluit.tempus uoluit. ſi mulando fugit quod debet facere.

Tergiuerſator dicitur: ꝙ aium quaſi tergū uertat huc & illuc nec facile qualis ſit ītelligitur.

Tergiuerſatio:fruſtratio.colludium.denunciatio.

Terricreta terre filius uel filia.

Terrigenæ gigantes dicti ꝙ eos fabuloſe parens terra ſiľes ſibi genuerit hic & hæc terrigena ne.

Terrigena a terra genitus.

Terribilis dictus quaſi terrori habilis. metuēdus. pertimeſcendus.

Terribola formidoloſus uel formidoloſa.

Terificat:terrore aficit.

Territat:frequenter terret.

Teriten ab ægypriis marrubium.

Therinos tropicos ſecūdus circulus cæli ex eo ita uocatus quia in eo circulo ſol aquilonis finibus æſtatem faciens quæ theros græce dicitur ultra eum circulum non tranſit:ſed ſtatim reuertitur: & inde tropicos dicitur.

Terion grece latine fera.inde terica quod feraliter occidit.

Theren beſtia inde therinos ideſt beſtialis.

Teriſtrum palleolum eſt quod uſꝫ hodie arabiæ & meſopotamiæ mulierum eſt uelamentū quo tritiſſimo umbraculo teguntᷣ in eſtiuo.

Teriſtra dicta quod in æſtate tegant corpora fœ\ miniarum.ſubtiliſſimæ cortinæ.

Territorium dicitur quaſi tauritorium tritum bo bus & aratro.antiqui enim poſſeſſionum territo rium limite deſignabant.

Territorium ideſt ſuburbium quaſi terræ bouum eo ꝙ terantur bobus.

Thermæ dictæ ꝙ caleant græci enim thermon ca lorem uocant.

Therme calida loca ſunt ideſt balnea uľ aquæ calli de uel domus unctionis.

Termes terminus uel uermis ligni qui dicitur ter redo.hic termes termitis.priſc.

Termini dicti ꝙ terras menſura diſtinguant : his enim teſtimonia finium intelliguntur.

Terminat:finit.explanat.expedit

Terminalia feſta.quæ interminis celebrantur.plu raliter declinatur.

Termoſarinos lupinum.agreſte. pulices neceat i domo ſparſum.

Thermon græce calidum:

Termodon mons ſiciliæ uel fluuius cappadociæ.

Terror:horror.timor tumultus.metus.

Terophila ſibylla dicitur quaſi teronphila ideſt ui rorum fortium cognata.

Tero teris triui tritus a tum.tritor.riū tritura terra & quæ ab ea fiunt. componitur terribonum. ob tero.detero.contero.

Theros θεροσ græce æſtas.

Terque quaterque ſæpius ac multum uel ſecūdū animam & corpus.

Terpſichoris poeta qui de helena male locutus ē.

Therpſicore muſa pſalterium compoſuit. interꝑ tatur delectās inſtruſtione.

Terpſichore cauſam muneris monet. imperat au get.

Terſus.mundus.nitidus.eruditus.

Tertius a um ordinale a ter.

Tertia ſabbati tertia feria : quæ dies martis dici/ tur.

Tertia perſona pronominis modo ē demonſtrati ua:modo relatiua:modo diſcretiua.

Tertulianiſtre hæretici a tertuliāo preſbytero car thaginis dicti.animam īmortalem eſſe ſed cor/ poream prædicātes & animas hominum prauo rum poſt mortem in dæmones uerti.

Theſſali dici a theſſalo.hi poſtea agræco ꝛge græci ſunt nuncupati.

Theſſalia a meridiana plaga macedoniæ cōiuncta eſt a tergo epirus eſt.In hac ſunt præcipua oppi\ da:theſſalonica quam theſſalus græci filius ædi\ ficauit:& thebæ : ubi ciuilia bella conuenerunt: ibi ē mōs parnaſus. Hæc thæſſalia patria achillis & origo laphitarum fuit.

Theſſalia quæ & emathia quinque montibus con terminatur. aſepentriōe olympo ab oriente oſſa & pelio.a meridie othī:ab occidente pindo.

Theſſalus uel theſſala de theſſalia.

Theſaurus απο Τοῦ θεσεοσ a poſitione.i. repoſi tio noīatur ex græco latinoq; compoſitum. nam θεςις græce latine poſitum dicitur: quo auro iū ctum repoſitum aurum ſonat.

Theſaurarius qui theſſaurum cuſtodit.

Teſbites regreſſus uel captiuans interpretatur.

Theſcua loca: in quibus pecora caſtrantur : unde & caſtratores theſcuatores dicuntur.

Theſſela ſunt e quibus domicilia ſternuntur a teſ ſeris ideſt quadratis lapillis nominati.

Teſſeræ ſunt quadrati lapilli a teſſera ideſt quat/ tuor dictæ quia quadræ ſunt ex omnibus parti bus.hæ teſſeræ & lepuſculi dicūtur:olim uero ia cula:quibus ludimus dicebantur.

Teſſeræ ſunt quibus frumentorum numerus de ſignatur. quas accipiebant ſimul cum annona unde & teſſerula diminutiuū.

Teſſeræ ſunt quæ iactantur in teſta alearum.

Teſſalæ diminutiuū.

Teſſereſdecaditæ dicti quia.xiiii. luna paſcha. cū

iudæis obſeruando contendunt. Nam teſſera
quattuor deca decem ſignificat.

Teſſerarius præppoſitus curruũ qui bellũ nũciat.

Teſſireæ:quadræ.

Teſſerini agripenni bicurti:quia ad modum teſſe
rarum ſunt quibus ludimus.

Theſis grecæ poſitio uel poſitura ſic cui contra/
ria ẽ arſis.

Theſis apdellatur quæſtio dialectica quæ ſine cir/
cunſtantiis eſt:ut utrum homo ſit animal: hypo
theſis uero rhetorica cauſa cum circunſtãtiis.

Theſpici populi græciæ.

Teſqua ſyluestria loca amœna.

Teſta uocabulum ex argilla coſta ſumpſit que dũ
mollis ſit efficitur toſta:nec iam retinet prius no
men quia quod fuit iam non eſt.

Teſta uaſa argillaria a toſtu dicta.teſta & teſtu ſi/
gnificat idem.

Teſtula eſt diminutiuum.

Teſtamentum dictum ꝗ teſtibus conſcripta eſt &
confirmata uoluntas.

Teſtamentum uocatũ quod niſi teſtator mortuus
fuerit nec confirmari poteſt nec ſciri quicquid in
eo ſcriptum eſt quia clauſum & obſignatum eſt
& inde dictũ teſtamentũ quia nõ ualet niſi poſt te
ſtatoris monimentum: unde apl's. Teſtamentũ
inquit in mortuis confirmatum eſt.

Teſtamentum ſane in ſcripturis ſanctis nõ hoc ſo
lum dicitur quod nõ ualet niſi teſtatoribus. mor
tuis ſed oẽ pactũ & placitũ teſtamentum dicitur.

Teſtamentũ iuris ciuilis ẽ quinq; teſtiũ ſubſcripti
one firmatum. teſtamẽtũ iuris prætorii ẽ ſeptẽ te/
ſtium ſignis:ſed illud apud ciues:hoc apud præ
tores. Teſtm̃ ſignare eſt notare:ut notum ſit qd'
ſcriptum ẽ. Olographum dr̃ illud quod manu au
ctoris totum conſcriptum ẽ. Irritũ uero dictum ẽ
ſi is qui teſtatus ẽ capite diminutus eſt:aut ſi non
recte factum ſit inofficioſum qd' liberis exhæ/
redatis ſine officio naturalis pietatis in extraneaſ
perſonas reductum ẽ. Ruptum inde dictum: ꝗ
naſcente poſthumo neque exhæredato noĩatim
neq; hærede inſtituto diſrumpitur. ſuppreſſũ ue/
ro teſtamentum ẽ quod ĩ fraude hæredum uel le
gatarioꝝ ſeu ide libertorum ñ ẽ palã propalatũ
quod & ſi nõ latet:tamen ſi prædictis perſonis ñ
ꝓferatur ſupprimi uidetur.

Teſtamentum uetus dictũ quia aduenĩete nouo
ceſſauit. teſtm̃ autem nouũ quia ĩnouat p gratiã.
inde teſtamenta utraq; dicta quia illud a ꝓphetiſ
nouũ autem a xp̃o & eius apl'is cõfirmatum fuit.
teſtamenti ueteris ſecundum hæbræorum tradi
tionem hi ſcriptores habentur. primus moyſes
ſcripſit pentatheucum. ieſuſnaue librũ ſuũ. indi
cum autẽ & ruth & ſamuelis uſq; ad calcem ſcrip
ſit dauid. malachim totum hieremias. Iob hebrei
moyſen ſcripſiſſe putãt. Alii unum ex ꝓphetis.
Nõnulli uero eundem iob poſt ſuam plagã. Pſal
terium decẽ prophete ſcripſerũt ideſt. Moyſes:da
uid:Salomon: aſaph:Echam: idithun. Emanſilii
chore ideſt aſſyrii elchana. abiatar. Sunt qui eſdrã
& aggeum & zachariam ſcripſiſſe dicant. ſalamõ
ſcripſit prouerbia eccleſiaſten cantica canticorũ.
Eſaias librum ſuum hieremias librum ſuum cũ
lamentatiõibus ſuis. Viri ſapiẽtes ſynagogæ ſcri
pſerunt ezechielem. xii prophetaſ. danielem para
lipomenõ. & heſter. Eſdras librum ſuum. omnes
autem hos libros idem eſdras poſt incenſã legẽ
a chaldæis dum iudæi regreſſi fuiſſet diuino af/
flatus ſpiritu reparauit conctaq; ꝓphetarum uo
lumina quæ fuerant a gentibus corrupta corre
xit:totumq; uetus teſtam̃ i.xxii. libros conſtituit
ut tot libri eſſent in lege:quot habentur & litte/
re librũ ſapientiæ ſalamonis ipſe ſcripſiſſe dicit
librum autem eccleſiaſticum compoſuit ieſus fili
filius ſirach hieroſolymita nepos ieſu ſacerdotis
qui propter ſimilitudinẽ Salamonis apud lati/
nos ĩtitulatur. præterea Iudith & tobiam & ma/
cabæorum libros:qui auctores ſcripſerunt mini
me conſtat. in nouo autẽ teſtõ quattuor euange/
liſtæ quattuor euangelia quorum ſolus Matthæ
us hæbraice ſcripſiſſe perhibetur. paulus ſuas ſcri
pſit epl'as ex quibus. vii. eccleſiis ſcripſit: reliquas
diſcipulis Timotheo Tito & Philomeni. Ad he/
breos autẽ propter diſſonãtiam ſermonis eius eſ
ſe a pleriſq; latinis incerta eſt:aliis barnaban alis
clæmentem ſcripſiſſe contendentibus. petrus ſcri
pſit duas nõis ſui epiſtolas. Iacobꝰ unam Ioãnes
tres:quarum duæ ioannis cuiuſdam preſbyteri
æſtimantur. iudas ſuam. Actus apoſtolorum Lu
cas euangeliſta compoſuit ſicut audiuit & uidit.
Apocalypſin ioannes euangeliſta eodem tempo
re quo propter euangelii prædicationem tradi
tur alligatus. Hi ſunt ſcriptores ſacrorum libro/
rum diuina inſpiratione loquentes:atque ad eru
ditionem noſtram diuina præcepta diſpenſan/
tes. Auctor uero earundem ſcripturarum ſpiri/
tus ſanctus eẽ traditur. ipſe enim ſcripſit qui per
prophetas ſuos ſcribenda dictauit. Teſtamenti
ueteris libri in tres ordines diuiduntur ideſt le/
gis & prophetarum & agiographorum. In lege
pentatheucum continetur. In prophetis ieſuſna
ue iudicum ſamuelis Malachim eſaias hieremiaſ
ezechiel tareaſra qui dicitur xii. prophetarum.
In tertio ordine qui ẽ agiographorum ideſt ſan
cta ſcribentium connumerantur Iob pſalterium
prouerbia eccleſiaſtes canticorum cantica dani/
el paralipomenon Eſdras heſter: quidam autem
ruth lamentationes agiographis adiiciũt. Quar/
tus ordo apud nos eſt eorum librorum qui in ca
none hebraico non ſunt ideſt ſapientiæ liber ec/
cleſiaſticꝰ thobias iudith duo machabeorũ quos
licet iudæi inter apocryfa ſeparent: eccleſia tamẽ
chriſti ĩter diuĩos libros & honorat & prædicat.

Teſtationes:notæ indicia. ueſtigia.

Teſtor commune antiquitus.

Teſto pro teſtor antiquitus.

Teſtatur:teſtimonium. palam fert. iurat. narrat.

Teſtor ſæpenumero ad iuſiurandum pertinet: cõ
teſtor ad iudices:obteſtor ad aduerſarios.

Teſtari: ſententiam cõfirmare. Conteſtari cum
quadam auctoritate confirmare. pro teſtari ma
nifeſte cauenda pronunciare Obteſtari aliquem

iurare compellere. Atteſtari ad teſtimonium uocare. de teſtari execrando reſpuere.
Teſtes dicti ꝙ teſtamento adhiberi ſolēt. ſignatores: qui teſtamentum ſigenent: qui ſuperſtites antea dicebantur uel alligati. Duo ſunt genera teſtium: aut dicendo id ꝙ uiderūt: aut ꝑferēdo id ꝙ audierunt teſtes duobus modis delinquunt cū uel falſa promunt. uel uera ſilendo celant.
Teſtimonium eſt omne quod ab aliqua re externa ſumitur ad faciendam fidem.
Teſtis dicit̃ quod tueat̃ ſtatutū. inde deriuatur teſtimonium teſticulus teſtor aris. componit̃ obteſtor. deteſtor. conteſtor teſtificor aris. inteſtatus.
Teſtificatur proteſtatur. uociferatur.
Teſticuli dicti a teſtibus per diminutionē: quorū numerus incipit a duobus: hi ſemen calamo miniſtrant: quod a ſpinæ medulla renibus & lumbis ſuſcipiunt gratia procreandi.
Teſtylis ruſtica quædā uel fictilis ruſticum nomē.
Teſtudo genus reptilis teſtu cōtexta. priſc.
Teſtudo a teſta uel teſtu corporale eſt.
Teſtudo uiſceribus paſta ſerpentis origano ſibi medetur.
Teſtudo ſcutorum concameratio in modum teſtudinis.
Teſtudo eſt camera templi obliqua in modū teſtudinis a ueteribus facta ad cæli imaginē.
Teſtudo denſitas ramorum.
Tæſus: odioſus. fatigatus deriuatur a tædet.
Tethibonum interpretatur.
Tetanus maior contractio neruorum ꝗ ſpaſmus a ceruice ad dorſum.
Theta græce ſodalis ſolidus theta.
Theta: o. littera erat mortuorum. hæc pro mortuo inſcribitur.
Teter: niger. aſper. obſcurus. horrendus. ferus.
Ter tetra tetrum ior rimus.
Tetrum ueteres pro fero dixerunt:
Teterani: proni. tenebroſi.
Thetica poſitiua etetica ideſt poſſeſſiua ut euādrius enſis.
Tethys uxor oceani mater nimphaꝝ.
Thetis etiam mater achillis.
Tethys tethyos thetis thetidos græce & thetidis latine.
Tetra græce quattuor.
Tetrerdus quartanus.
Tetraſtin græci dicunt quartenariū.
Tetracolon: quadrimembris ſententia.
Tetrachordum cithara cum quattuor cordis.
Tetragona quadrangula æquilatera figura: quæ habet omnes angulos rectos.
Tetragrammaton quattuor litterarum quod proprie apud hebræos ī deo ponit̃ ioth. he au he
Tetraidos formula incenſi quod fit ex quattuor pigmentis. tetra enim quattuor: idos formula dicitur græce.
Tetrametrum quattuor pedum uerſus.
Tetraptota quattuor caſuum uarietas.
Tetrarchæ ſunt quartam partem tenentes regni inde tretrarchia.
Tetraſyllabum: quattuor ſyllabarum.
Tetricus: triſtis. obſcurus. ſupercilioſus. rigidus. a tetro.
Tetricus mons eſt in ſabinis aſperrimus. unde triſtes homines tetricos dicimus.
Tetrimentum: nutrimentum.
Tetrifolinus proprium agri a loco.
Teucer telamonis & heſione filius: frater aiacis de ſalamina ciuitate.
Teucri troiani.
Teucria troia: a teucro rege dicta.
Theucos græce uolumen: inde pentatheucum.
Teumeſius amnis eſt.
Teubolus dux cymbrium.
Teutates dicit̃ mercurius lingua quadam.
Teurratia regio phrygie.
Teutonus cum longis armis.
Teutoni gens galliæ.
Texit. operit. defendit. ordinat. intermiſcet.
Texo xis xui textū. inde textus. textor. trix. cōponitur ꝑtexo. in. ſub. re.
Textus. ordo narratio.
Textilia: plumata. ſpecies texti.
Textumlicium fila putrida quæ de tælis cadūt. res uiliſſimæ.
Textrinū locus ubi naues fabricantur: ideſt naualia. penultima producitur.
Textrinū locus ubi fœminæ texūt tæla & ſimilia.
Tez dicitur ſaturnus. & interpretatur conſumans uel comedens.
Tiara genus pilæorum apud perſas.
Tiara pilæum ſacerdotis. Virgi. primam penultiuero ducit.
Tiara græcum eſt & uertitur in latinum. Eſt autē genus pileoli quo perſarum chaldeorūq; gens utitur uel phryges.
Tyaſor matris. græcum eſt.
Thyas baccha.
Thyaſi: chori. ſacre laudes uirginum.
Thyaſus ſaltatio in ſacrificiis bacchi.
Tyaſus ſacer.
Thyatira ciuitas aſiæ. interpretatur illuminata.
Tiberiadis oppidum in iudea: quod herodes ī honorem tiberii cæſaris cōdidit. in quo lacus uel mare tiberiadis dicitur. omnibus lacis iudææ ſalubrior.
Tyberis fluuius naſcitur ex monte apennino occiditq; tyrtheno mari iuxta romam.
Tyberis qui & tybris italiæ fluuius. a tyberino rege albanorum dicitur appellatus qui in hunc fluuium cecidit. Nam antea albula nomen acolore habuit.
Thybris nomen regis inde thyberis fluuius: quia in eo pugnans cecidit.
Thybris thybris & thyberis thyberis. dicitur etiā & thybris thybridis.
Thyberina oſtia ciuitas ī eius fluminis exitu poſita
Thyberinus. genus piſcis fetidi.
Tibiæ ſunt a genu uſq; ad talos dictæ ꝙ ex tibiis

grnū fiebant primitus.

Tibiæ dictæ quaſi tubæ.ſunt enim longitudine & ſpecie ſimiles.

Tibia eſt inſtrumentum muſicæ cum diuerſis foraminibus quæ ore inflantur.

Tibicen qui tibia canit.inde tibicino as.

Tibicen cōponitur a genitiuo tibiæ & cano quaſi tibiicen ſed comutat duas ii breues in unā lōgā Eſt autem cōmunis g.ſed tamē fœmininū tibicina facit.unde melius maſculinum eſt.

Tibicines ſunt lugubre carmen canentes.

Tibicines etiā bifurca fulcra dicunt̃.qbus domus ſuſtentatur uel i perfecti uerſus qui fulciuntur.

Tibii & ſcyrpus dicitur & cauda iuncea.

Tibin genus eſt uaſculi in modum ſcrinii ex uirgultis agreſtibus textum hoc uaſculū ex hebreo alii capram alii criſtulam interpretati ſunt.tyburtinus lapis a loco italiæ dictus.tybur nomen eſt oppidi neutri gene.hic & hæc & hoc tyburs tyburtis gētile.tybur ris uerſus campaniam a quodam tyburto græco dicitur.inde tyburtia.

Tyrche fortuna.hinc eutyches bene fortunatus.

Ticio uulgo peruſtum lignum.

Tityus gigas libidinoſus latonam complecti uoluit:unde eius cor uultur dicitur corrodere.

Tichos græce murus.

Tyeſtes inceſtauit uxorem fratris ſui atrei.unde atreus ei filium appoſuit.

Typhones dracones.

Typho draco.

Typhon filius ſaturni gygas.

Typhos charybdis princeps ignem flans.

Typhoniaci tartarica gens.

Typhœus typhon & typhos dicitur:unde typhœus a aum.latine.

Tigillius quidam impatiens ſeruus fuit.cuius iuuenalis meminit.

Tigillū diminutiuū a tigno:ſicut a pugno pugilus

Tignum a tegēdo dictū.tecto enim imponit̃ ut in eo cætera ſuperponantur.tignarius uero qui tigna tecto inducit ideſt ſarcitector.

Tigranes rex parthorum fuit.

Tigris interpretatur rapida.

Tigris dicta propter uolucrem fugam ita enim nominant perſe & medi ſagittam:beſtia uariis diſtincta maculis uirtute & uelocitate mirabili: a qua tigris flumen dicitur.in hyrcania ſunt aīalia tigris tigridis & tigris.

Tigris fluuius meſopotamiæ de paradixo exiens & pergens contra aſſyrios & poſt multos circuitus in mare mortuum iſluit propter uelocitatē a beſtia eiuſdem nominis nimis pernice.

Tigris fluuius parthiæ armeniæ.ſignificat fœmineam arrogantiam.

Tilee inſula oceani a cæteris ſeparata per yi.dies ultra britaniā inter ſeptentrionem & occidentē.

Tilia genus arboris leuiſſimæ.

Tiloſi indiæ inſula cuius omnes arbores nunq̄ foliis nudantur.

Tilium dictum ꝙ utile ſit ad uſum telorum gēus materiæ leuiſſimæ.

Thymallus piſcis marinus a flore qui thimus pdr eſt appellatus fragrat.

Timarchidæs timarhidæ & timarchidis,pprium ē

Timauus fons illyriæ fluuius hyſtriæ interpretatur fons inuenti.

Thymbra genus hærbæ ſatureia dicitur.

Tymbre locus propellium.tymbræus dictus eſt apollo.a thymbra hærba medicinali.

Timet:trepidat.hæſitat.

Timere deū ē nulla q̄ faciēda ſunt bona preterite.

Timeo te & timeor a te i paſſiua uoce actiuā i actiua paſſiuā uim habet.deficit futuro infinito.

Timeo es inde timeſco.timor.unde timoratus timidus ior.ſimus.ditas.conponitur trepido tremo.unde tremor.tremefactus tremebūdus.

Timidus eſt qui ſemp timet timēs uero qui ad tēpus formidat.taliter diſtinguūtur cætera:pauenſ & pauidus.prouidens & ꝓuidus.

Timidus dictus ꝙ timeat diu a ſanguine.Nam timor ſanguinem gelat.

Timiditas eſt animi uitium ſempiternū:quod eſt etiam ſi timor non ſit:timor uero accidens ē.ita ꝙ ſicut homerus ait.in achille fuit aliquando timor.timiditas nunq̄.

Timide:diffidenter.cunctanter.

Thymiamaterium græce thuribulum.

Thymiama ουμιαμα græce dr̄ quod ſit odorabile.Nam thymus dr̄ flos qui odorem refert.

Thymiama incenſum.cōfectio odoris aromatici.

Thymicon:iraſcibile.

Thyminum:mel ſuaue multum odor iferum.nā flos eius amarus eſt.

Thyminum uinum falernum.

Timor eſt mentis accidens dolor extrinſecus aliqua accidente occaſione.

Timor ſeruilis eſt terrore pœnæ a malo ſe abſtinere:non iuſtitiæ delectatione hūc foras mittit charitas:quam non delectat iniquitas etiam ſi proponatur impunitas,timor uero caſtus eſt quo timet anima ne amittat ipſam gratiam:per quam in illa factum eſt ut eam peccare nō delectat:quo timet ne eam deus deſerat etiam ſi nullis cruciatibus puniatur:Hūc charitas nō eiicit:qa permanet in æternum.timeat xp̄ianus nō eos q corpus occidunt ſed illū q poteſt animam & corpus mittere in gehennam.Maior timor debet eſſe peregrinantium:minor propinquantium:nullus peruenientium.Nam perfecta charitas foras mittit timorem.

Timo.floreo onero:circumflexo.timœus.

Tympanum fit de extenta pelle:corium eſt cum ligno extentum.

Tympanū dicitur medium:pars media ſymphoniæ i ſimilitudie cribri.

Tympana tecta uehiculoꝝ.

Tympanum a typho quæ eſt herba.diſtenditur & inflatur.

Tympanites genus hydropicoꝝ dictum quia inflatiōe uentris percuſſi reſpirationem tympano

rum fingit.
Tympaniſta uel tympaniſtra qui tympano canit cõe eſt:ſicut cithariſta organiſta.
Thymum græce flos.
Thymum dictum ꝙ flos eius odorem refert. genus hærbæ.
Tyna incognita ligna de quibus ſalamon gradus fecit in domo domini.
Thyna locus ignotus ciuitas bithyniæ
Tyndarides helena & clytæmneſtra tyndari filiæ.
Tinctura dicta quod tigatur & in aliam figuretur ſpeciem nitoris gratia.
Tinea ueſtium uermis dicta ꝙ teneat & in eo uſqꝫ inſideat quo erodat.
Tingatio:mutua donatio.
Tinguit.ĩficit.colorat.fucat occidit.
Tinguo guis uel tingis xi tinctum.
Tingis ciuitas quædam.
Thynni piſces θουρροσ græce.
Tymnium draco in mari:qui dicitur cetus.infinitæ magnitudinis.
Tinius:anulus paruulus:quem olim tin dicebãt.
Tinnitus ſonitus cymbali:nã de ſono factum eſt.
Tinnire:ſonare acute.
Tintinabulũ a ſono uocis dictũ eſt.
Tinnulus:ſonus loquidus.lenis . purus.
Tinnula:acuta.liquida lenis.
Thioneus filius liberi filii ſemeles.
Tipiſinti frigidæ febres.quæ abuſiue typi dicunt ab hærba quæ ĩ aqua naſcitur ex acceſſionum & receſſionum reuolutione.
Typica febris uel triteus uel tetratus uł amphimerinus uel ꝑteus uel hepteus uel hebdomeus & quæ ſunt generales & ſpeciales . ideſt ueræ & non ueræ.
Typicum eſt figuratũ myſteriũ ideſt recta præfiguratio ſiue ſecreta uel recondita diſputatio.
Typice : figurate.
Typos uocatur quod exempli gratia proponitur ut ſubſtantia eſt homo.
Typheus ꝓ græco gigas quidam:qui fulmine percuſſus ẽ:inde & tæla typhœa dicuntur.
Typos græce.forma . ſimilitudo:
Tipus arbor ſiřis ſalici tipus falſa opinio uel aſpectus uana gloria.typus ẽ quam nos figuram dicimus uel formã.eſt enim typus ſiue figura pͥſentiũ aut pͥteritorũ ꝑ opa ſecũdũ id qđ opa ſũt manifeſtatio.In typis ergo res declarãtur ex rebus . ꝓpheta ãt uerborũ ſecundũ hoc qđ uerba ſũt ſignificatio poſſũt tñ & ita miſceri ut dicamus prophetia eſt typus in uerbis ſecundum id quod uerba ſunt.econtra typus eſt prophetia in rebus ſecundũ id qđ res eſſe noſcũtur.
Typus hærba quæ ſe ab aqua inflat.unde etiam ãbitioſorum & ſibi placentiũ hominum timor typhus.dicitur.
Tyrãnus rex ſine lege uiuens.ſæuiſſimus qui uſurpauit imperium.
Tyranui græce latine iidẽ reges dicuntur . nã apđ ueteres inter reges & tyrãnos non erat differẽtia fortes enim reges tyranni uocabãtur.nã tyro fortis ẽ. poſtea uſu accidit tyrannos uocari peſſimos & ĩprobos reges.
Tyrannicidium tyranni occiſio.
Tyras filius iareth a quo thraces exorti ſunt dicti quaſi traces.
Tyrrhenum mare eſt quod italiam attigit quod græci Ionium.itali inferum uocant.
Tyrrhenũ dictũ quod oẽs interluit terras.
Tyrrhenia pars eſt italiæ ideſt ethruria a tyrrheno lydii frẽ dicta.
T yrrhenum ubi thyberis deſcendit in mare ubi habitaſſe dicitur tyrus.
Tites primi exertitus regis dauid.
Tiriaca antidotum ſerpentiũ quo uenena pellũt ut peſtis peſte ſoluatur.
Tyrii qui cum didone a tyro uenerunt.
Tyris mare.
Tyris tyridos feneſtra.priſc.hæc tyrius tyrintis ꝓprium græcum eſt.
Tyrinthus mons ẽ.unde tirynthius hercules di.
Tyros græce. fortis dicitur latine.
Tyrones fortes pueri milites
Tyros græce latine forma.
Tyro.rudis.ignauus.'nouus. nouitius.
Tyro tyruuculus.ſicut latro latrunculus carbo carbunculus.
Tyrones dicuntur fortes pueri qui ad militiã delegantur.atqꝫ armis gerendis habiles exiſtũt .hi enim antea probantur.ſicut mos fuit romæ puberes.xvi.ãno ſe exercere armis ſub cuſtodibus.
Tyrones dicti a tyria urbe phœnicũ uñ uenerũt.
Tirocinia:initia rudimenta militiæ nouitates.
Thyrſus generaliter omnium hærbarum uel olerum medius frutex dictus ꝙ a tera ſurſum conſcendat.
Thyrſum genus cymbali in modũ feneſtræ quadratæ factum.
Tyus africæ ciuitas opulentiſſima.que ante byrſa nunc carthago dicitur.
Tyrus urbs phœnicum ẽ.q̃ condita fuit a phœnicibus In qua optima purpura tingitur.ad hanc ciuitatem eſaias loquitur
Tyrus interpretatur anguſtia.
Tyrus hebraice ſors dicitur.i.tribulatio.
Tyrus & ſydõ.utraqꝫ urbs:prouĩcia eſt. Ouidius.
Tyrus ciuitas fœnicis.olim fuit inſula.nũc non ẽ.
Tyrus menſis ſextus qui eſt auguſtus.
Tyſis ulceratio & tumor eſt in pulmone quæ In iuuenibus facilius uenit.rectius tñ pthiſis ſecundũ græcam rationem dicendum eſt ut ſuo loco notauimus.Nã φθισισ a græcis dicitur.
Tiſci ſunt quos tuſſicula ſequitur cum ſputis ſpumoſis.
Thiſri ſirorꝫ lingua october menſis.
Tiſiphone maxima furiarum fuit ut poetæ dicũt dicta quaſi tiſia phonoy ideſt mortis ultio..
Titan græce ſol uel gigas.
Tytan uel tytanus gigas quidam qui ab iniuriis deorum ſe abſtinuit.unde celum meruit.hic dĩ

cũ terra concubuiſſe plures titanes qui contra deos iurarunt generaſſe:de quibus ſol et diana fuerunt:qui quia fratribus non conſenſerunt celeſtes currus meruerunt.ſecundum uero aliam fabulã:filii iouis & latonæ fuerunt.

Titan titanos græce latine titanis.& hic titanus a genitiuo græco.

Titania:aſtra lucidiora ut ſol & luna.

Titanes filii terræ uel principes.

Titanes quoſdam in græcia dicũt fuiſſe robuſtoſ populos & excellentes uiribus: quos ferunt fabulæ cã matris ſuæ terræ contra deos irate in deos arma uertiſſe:unde dicti ſunt ἀποτου τισεοσ idest ab ultione:unde a ioue extinctos fulminibus fuiſſe fingunt.

Titareſus de theſſalia exit.infernal dĩ de terra exit

Titene græce nutrix.

Titerani proni.

Tytides diomedes a tydeo patronomicum.

Titillatio.ſtimulus.luxuriæ incitamentum.

Titillat:inflammat.ad cupiditatem accendit.

Titillo as.

Titimallũ dictum ꝙ comam foliorũ ad radiũ ſolis circũducit. nã tita græce ſol mallo coma huius ſeptem ſunt ſpecies diuerſis locis naſcẽtes . titimallũ lactaria.

Tityrus animal quod de oue & hirco naſcitur proprium titurus laconum lingua aries maior : qui preire conſueuit.

Titonus frater laomedontis:quẽ pugnantem aurora dilexit.

Titos trocheos ſyllaba in quarto pede remanens.

Titulus:indiciũ ſignorũ:manuũ ſcriptura monumentum.

Titubat:trepidat.dubitat.labat.hæſitat .monumẽtum.

Titulus dicitur a titane.i.ſole:quia ſicut ſol mũdũ uel queq; obſcura illuminat:ita titulus librũ uel eius ſequentia:idẽ græce elencus dicitur.

Titus palumbes.

Tyurius græci uocant occultos meatus corporis per quos eſca quando decocta fuerit ad inferiora delabitur & in ſeceſſum uadit.

Tvus grece frater patris .uel matris auunculus.

Tinolus mõs ciliciæ uel lydiæ:ubi uites abundãt.

To articulus ẽ apd̃ græcos & ꝑpõit̃ fixis ut Το αἰτιον qd ẽ cauſale . concupiſcibile.

Tochos græce:latine uſura quod eſt nomẽ.

Tologiſticon hoc ratiõale το θυμικον iraſcibile.

Tophel interpretatur uniuerſa uanitas.

Tot genua interpretatur uel operculũ.

Totus lapis cauernoſus & moll̃.

Toga dicta ꝙ uelamento ſui corpus tegat qua romani in pace utebantur.belli uero tempore palludamentis.Menſura iuſtæ togæ.yi.ulnas hẽt togarũ aũt multe fuerũt ſpẽs.

Toga ꝓtextata ẽ cui pretexitur latior purpura.hãc primo romæ propinqui & amici regũ ſolũmõ induebant.

Toga palmata dicebatur triũphantiũ.ipſa eſt & to picta q̃a uictorias cũ palmis intextus hẽret.

Toga candida:eademq; cretata ut candidior eẽt in qua cãdidati.i.magiſtratus potentes ambiebant.

Toga atra ẽ funeribus colore obſolitas quã quottidie domi reſumebant depoſita forẽſi.

Toga ueſtis romana antiquiſſima a pelaſgis prius inuenta eſt:palliũ purũ.forma rotunda.& fuſioɼ & quaſi udante ſinu quẽ romani obuolutũ ſuper ſiniſtrũ humerũ tenebant.cuius ſimilitudinẽ in operimentis ſimulacrorũ aſpicimus.

Togatagens romani qui prius eam inuenerunt.

Togo as aui.

Toagaton deus pater dictus priſc.

Togiforiũ locus ubi ſcholaſtici diſputant.

Togipurium toga pura.

Togorma filius gomer nepos iaphet a quo phryges ſunt.

Toy.i.hoc.remigius.

Toys.i.caſus.

Tola interpretatur uermiculũ uel coccinũ.

Tolerat:perpetitur.fert.portat ſuſtinet.durat.

Tolero & toleror idem ſignificat antiquitus.

Tolerantia:patinentia.

Tollere.in altum erigere ferre.auferre.extinguere.

Tollo:ſuſtuli a ſuſtulo antiquo.

Tollo lis tetuli & ſuſtuli.

Tolomo grece rego.

Toletum ciuitas toletanus facit.

Tolles gallica lingua dicuntur quas uulgo per diminutionem tuſillas uocant:quæ in faucibꝰ turgeſcere ſolent.

Tholus proprie ẽ uelut ſcutum breue.qui ĩ medio tecto eſt in quo trabes cocũt.

Tholus eminens rotũditas. faſtigiũ tẽpli culmen tecti.

Toma tomacula pantia uulgo tomacellus.

Tomus.Τομοσ græce inciſo

Tomas interpretatur abyſſus uel geminus : inde græce didimus dicitur.Thomas interpretatur cõprehenſibilis altitudo:benignus.

Thomas apl̃s ſortitus eſt parthos in edeſſa meſophotamiæ.

Thomas parthis & mediis predicauit & orientali plagæ:lanceaq; trãſfixit in calaminice ciuitate indiæ ſepultus ẽ.ii.Kal̃.ianuarii.

Tomẽtum dicitur quod in tela tumeat.

Tomos græci nos libros uel uolumĩa dicimus.

Tomeſon idẽ mediæ ſignificationis τομεσον.

Ton græcus articulus.nunc ſignificat.

Ton:altitudo.

Tonderom:tonſura altiſſimarũ.ouiũ:

Tondet:paſcit.cõponit.abradit lanã uel pilos.

Tondeo es totũdi tonſum.nã tundo tundis tutudi:tondeo es inde tonſor .& tõſtrina:componitur attondeo det. barbitondium.

Toneis græce parens latine com̃.

Tongillatim.ſingulatim.

Tonitrua ex colliſione nubiũ:concepti enim ĩtra nubium ſinũ ſpecies ſi ſe uehementer erupturi eliſerint magno concrepant ſonitu.

Tonitruũ dicitᷣ quod ſonus eius terreat.nã tonus
ſonus eſt qui ideo tã grauiter contutit ut cælum
diſcidiſſe uideatur:quia cũ uæhemens uẽtus nu
bibus ſe inmiſerit turbine inualeſcente magno ĩ
petu nubẽ ꝑſcindit ĩ modũ diſploſæ ueſicæ. cum
tonitru autem ſimul & fulgura exp̃mit ſed illud
celerius uidetur:quod uocatur fulgetra quia cla
rius eſt.hoc autem ad aures tardius peruenit ad ĩ
ſtar ſecuris arborem percutientis:cuius autẽ cer
nis ictũ ante quã ad aures ſonitus perueniat.

Tonitrus fragor.concrepitus.ſonus . hic tonitrus
tus & tonitru & hoc tonitrũ idẽ ſignificat.

Tonmeſon figura:ut mirabile dictu monſtrũ.

Tonon aurium græce.

Tonſa:compoſita.æqualiter preſſa.pulcra.

Tonſæ ideſt remi a tondendis & decutiendis flu/
ctibus dicti.

onſilla uncinus eſt ad quem in littore defixum
funes nauium ligantur.

Tonſores a tondendis & decutiendis capillis dicti

Tonſtrina:officina tonſoris a tondendo.

Tonſura ipſa uel ars mulierũ:uel locus eius.

Tonſtrix. tonſtrina.

Tonſuræ eccleſiaſtic.. uſus a nazarenis exortus eſt
qui crine ſeruato uſqꝫ ad magnæ continentiæ de
uotionem completam caput radebãt & capilloſ
in igne ſacrifitii ponere uidebãtur : horum ergo
exempli uſus ab apl̃s introductus eſt . ut hi qui
in diuinis cultibus mancipati domino conſecrã
tur quaſi nazarei ideſt ſancti dei crine precioſo in
nouentur.

Tonus ẽ legitimũ acuminis uel grauitatis ſpati/
um inter ſonum & ſonum.

Tonus accentus.ſonus armoniæ dr̃a & quantitas
quæ in uocis accentu uel tenore conſiſtit : cuius
genera:ſunt xy.Tono as aui nitus & intonatus.

Tonus proprie epogida fit proportione: dicuntur
tamen noui modi cantilenarum omniũ:qui ſũt
quattuor uel geminati octo.

Toparcha unius loci princeps:nã topos græce lo
cus.archos princeps.

Topacius oium lapidum:colores in ſe hẽt:unde &
dicitur.nam pan græce totũ.naſciturqꝫ in inſula
ægypti:quæ dicitur topazion ex uirenti genere
omni ꝓ colore reſplendens.una a græcis pãnone
dicitur:fertur autem quoſdam inſulã quandam
nebuloſam ſimul cum hac inueniſſe . ũde & inſu
la & gemma nomen accepit topacin enim itro
glodyarũ lingua quærere ſignificat.

Topacius quo rarior eo & ꝑcioſior eſt nitore ru/
bet chryſeo & aſpectu æthereo contemplatione
ſolidum uitæ demonſtrat officium.Topica eſt di
ſciplina inueniendorum argumentorum . quæ
topica ſiue loca oratoribus:dialecticis : poetis : &
iuriſperitis comuniter quidẽ argumenta p̃ſtant.
ſed quando aliquid ſpecialiter probant ad rheto
res poetas iuriſqꝫ peritos pertinent quãdo gene
raliter diſputant ad philoſophos .

Topica græce latine localis : trophos enim græce
locus.ſedes eſt argumentorum.

Topro græca ꝑpoſito an ſignificat.

Toprotero aduerbiũ ante.

Torach hebræi latini legẽ aappellant.Quinqꝫ li
bri moyſi ab hebræis dicuntur.

Toragiũ:ornatus inimicus.

Toralia torus corripit penultimã.priſc

Toralia longæ perpetuæqꝫ mappæ a toro dictæ:
horatius hoc toral toralis.

Thorax a græcis dicitur anterior pars trũci a collo
uſqꝫ ad ſtomachum.quam nos arcam dicimus ꝙ
ibi ſit arcanũ.

Tharox pectus uel lorica munimẽtũ militare.

Torcular dicitur ꝙ ibi uuæ uel oleum calcentur at
qꝫ extortæ exprimãtur.

Torcular ſignificat altare:quia ibi oblationes tãꝗ
fructus conferantur:& ſignificat tribulationum
p̃ſſuram:ĩ qua fideles probãtur : & mortem ſigni
ficat emendationemqꝫ gracie dei.& in malo per
ſecutionis incurſum.

Torcularia ſignificant eccl̃ias:in quibus quaſi a ul
naceis uina exuuntur ideſt boni a malis nõ loco
ſed affectu:uel uerbũ dei exprimitur uoce.

Toret:adurit.ſiccat coquit.toſtat.

Toreo es ui.tam uro quã uerto ,uel uoluo ſignifi/
cat unde fit toſtus.

Torrens ẽ aqua ueniẽs cũ ĩpetu.dictus quia plu/
uia creſcit:ſiccitate totreſcit:id ẽ areſcit.

Toreumata uaſa quæ ſunt a torno facta a greco
Τορευω και Τορρὲιω torno.

Torridus ſiccus.uſtulatus.ignitus æſtuoſus.

Torris lignũ aduſtum quẽ uulgus ticionẽ appel/
lat:tractũ a foco & ſemiuſtũ extinctum.

Toria:panis inciſus.

Torrita:ſiccata.aduſta uſtulata.

Tori eminẽtiæ uel pulpæ brachiorũ:uel lecti dicti
a toris hærbis.

Tori lacerti ſiue mures dicti ꝙ illic torta eẽ uiſcera
uideantur.

Tormaidon:amnis ſiciliæ.

Tormenta dicta ꝙ torquendo mẽtẽ in ueniãt:pœ
na:aculeus.uerba.

Tormentũ funis quo cõtrahitur ꝓra ad pupim.

Tormentũ dicitur quicquid ſũma ui torquetur ut
uulgo manganum.

Tornat. ĩ gyrũ mittit.

Tornũ quo uaſa tornantur.

Tornare:torquendo ornare.

Toroſus:ſuperbus.

Torpet:pigrũ eſt.riget.frigidum eſt ſtupet.ſenſu
caret.

Torpidũ ſtupidũ.ſegne.marcidũ.

Torpor:frigor pigricia.ſtupor tam animi quam
corporis.

Torpedo torpentis anima torpeo es

Torpedo genus piſcis torpedo dicta ꝙ corpus tor
peſcere faciat ſi eã quiſquã uiuentẽ tangat narrat
plinius tãtã eius eẽ uirtutẽ ut etiam aura eius tor
pore mentem afficiat.

Torquati ignominati ſunt a quodam lucio man
lio qui prouocante gallo quodãm a ĩ ſingulare

certamen.progreſſus eum occidit & ſublata tor que aurea:ſuoq; collo ipoſita torquati nomē ſibi ſui ſq; poſteris reliquit.
Torques ſunt circuli aurei a collo ad pectus depē dentes.ſunt autem uirorum ſicut & bullæ:fœmi narum uero monilia.dictæ uero torques ꝙ ſint tortæ.
Torques uel torquis fœmininum.
Torquet:inuoluit.lacerat.regit.iactat.implicat . in nectit.
Torqo es torſi tortus & torſus antiquitus.inde tor tor tortura torques torcular.cōponitur extorqo. de.diſ.con:re.toruus.torreo.
Toruū:terribile uultu.aſperū uel turbulētū. iratū.
Toruus:terribilis eo ꝙ ſit torto uultu :uel a tauro rum acerbitate.
Torus dicitur a tortis hærbis q̄ accumbentium hu meris ſupponuntur.
Thorus lectus uel membrum.
Toſtus:quaſi torridus.
Toſtant:ſiccant.
Toſtatū.ſiccatum.
Tot ad numeꝝ refertur.pl̄r nominatiuo hi & hæ & hec tot.genetiuo tot.
Tot:inde totus totiens.
Totidē:tot tanti eiuſdē numeri : generis omnis. cōponitur ex tot & idem.
Totiens:frequenter.aſſidue.
Totiens & multotiens aduerbiū numeri.
Totus:uniuerſus.
Totū ad magnitudinem pertinet:ut totū corpus: omne uero ad multitudinē.ut oīs exercitus.
Totus homo ad partes refertur.ideſt aīa & cor pus uel caput & cætera.omnis uero homo ad in diuidua ut petrus & martinus & cæteri cunctus uero ad utrunq; poteſt:ut cunctus populus.
Toxica uenena.ex eo dicta ꝙ ex arboribus taxeis exprimuntur:maxime apud cātabriā.
Toxicatus:toxicis uenenis infectus.
Traba genus uehiculi a trahendo dictum:nā non habet rotas.
Trabrariæ nauiculæ in fluminibus:quæ & lingu lis trabibus cauantur:ūde & dicūtur:hæ & litto rariæ uel caudicæ.
Trabea togæ ſpecies ex purpura & cocco qua op ti romanorū reges procedebant.ꝙ i maiori g a hoiem trāſueheret.i.ultra & in poſterum amplio ri dignitate honoris beatū faceret:
Trabeati.trabea ueſte induti.
Trabea porticus tecta trabibus
Trabea ueſtis ſenatorum.
Trabes:robora.materiæ grandes.tigna.pinnæ iu xta tolum.
Trabes uocatæ q; intrāſuerſo poſitæ utroſq; parie tes contingant.tigna uero ſunt q̄ iuncta trabem faciunt:trabes aūt ſunt tabulæ cū ſūt dolatæ.hæc trabs trabis:ueteres etiam trabes pro trabs di xerunt.
Thraces gēs thraciæ ex filio iaphet:qui dcūs eſt ty ras exorti ſunt & nominati:quaſi tyraces:licet gē tiles dictos putent ꝙ ſint truces . ſeuiſſimi enim ſunt oīum gētiū.traciæ ab oriente propontis & urbs conſtātinopolis oppoſita eſt:ab occaſu ma cedonia:a meridie ægæū mare.
Trachin:locus theſſaliæ.
Trachin & trachus huius trachinis: proprium ter ræ uel piſcis.
Tractabile.tolerabile.manſuetū.iocundum.
Tractatus eſt unius rei multiplex expoſitio.eo ꝙ trahat:ſenſum in multa pertractando.ſermo ue ro alterius eget pſonæ:uerbū autē ad oēs.
Tractus:plaga regio.
Tractim :lente.
Tradere:trās ſe dare id ē alteri a ſe tranſferendo.
Trado græce dicitur.
Traducere:detegere:publicare ad ulteriora ducer
Tradux ex altero ducta ꝓpago:radix uel origo.
Trahæ:quā ruſtici tragulā uocant.
Trahere:extendere:rapere: amplicare :educere :tē pus cōſumere.morari: fruſtrari.
Traho is traxi:cōponitur ſcd'm quoſdā tranſueho unde dicitur tractus tus.tractor.tio tractabilis .cō ponitur retracto detracto .con.at.per.
Traho trahonis:inde dicitur traha trahæ tracti .cō ponitur atraho.per.de.abſ.ex .ſub.diſ. contraho retraho.
Tragelaphi a græcis noīati ſunt ꝙ eadē ſpecie ſint ut cerui:uilloſos tamen armos hn̄t & menta ut hirci.circa phaſidē ſunt.
Tragelaphi plato ceronide lata cornua hn̄t uel filii capræ.
Tragœdi ſunt qui antiqua geſta & facinora ſcelera torū regū concinebāt populo ſpectāte dicti tragœ di ꝙ in initio canentibus ꝑmiū erat hircus .quē græci tragos uocant:ſequentes uero tragici mul tū honorē adepti ſunt excellentes in argumento fabularum.
Tragœdia erat quicquid luctuoſis carminibus de ſcribebant antiqui tragœdus uero cantor tragœ diarū genus deſcribētiū erat q cothurnis utebat.
Tragos græce hircus latine.
Tragū genus retis a trahendo.
Tragopan auis maior aquila.
Tragemata bellaria ideſt uilia munuſcula:ut cicer frixū:uua paſſa.
Trahiicit:trāſfert.tranſglutit.tranſcēdit. trāſmittit
Traiectus:uulneratus.trāſfoſſus.extentus.
Tralles ciuitas pluraliter hæc trallis has trallis ſic cut ſyrtis.
Trama dicta ꝙ uia recta trāſmittatur p tælā.eſt eni filum intra ſtamen currens.
Tramoſerica ueſtis q̄ ſtamina ex lino:tramā uero ex ſerico habet.
Trames a traſmeando trauerſa uia uel āguſta hic trames tramitis declinatur.
Tranat:tranſnat: tranſit . proprie tñ de mari dicit trano as.
Tranas qdam putāt eē:quibus mare colligitur:do natus uero uehicula eſſe ſine rotis.
Traneus tuſcoꝝ lingua iulius menſis.

Tranqllum:quietū.lucidum.putum.a trāſeundo quiete.
Trans ꝑpoſitio cōponitur & ſeparatur.ut trāſfero tranſpadū.amittit ns in cōpoſitione ut traduco traicio.tranco.& compoſita quidem fungit̃ loco διά ut trāſueho uel παρα ut trado uł ὑπερ trāſ gredit̃.ſeparata uero aduerbium eſt ut transma re.
Tranſcēdit:tranſgredit̃ trāſilit.
Tranſcribit:ꝑ ſcripturā tradit.tranfertur.
Tranſcribere eſt cū ius noſtrū in aliū tranſit.
Tranſcripti dicuntur cum de una in aliā regionē tranſeūt:quia noīa dāt ut tranſcribantur.
Tranſfert:mutat.
Tranſfuga qui ad hoſtes trāſfugit.
Tranſfretare tranſfretū ire:trāfreto as.
Tronſformat:tranſfigurat.tranſmutat.
Trāſlatus:trāſductus:tranſportatus.
Trāſlatio eſt cū cauſa ex eo pendet ꝙ nō aut is age re uidetur quē oportet:aut apud quos:quo tem pore.qua lege.quo crimine qua pœna oporteat hæc tranſlatiua conſtiutio dicitur.quia trāſlatio nis indiget.
Tranſigit.cōficit.pagit.percurrit.
Tranſitus.iter.uia qua tranſiri poteſt riuus.
Trāſit:tranſgreditur dimittit.ultra it.
Trāſmigare de loco ad locum.abſolutū uel actīm.
Tranſenna extentus funis.
Tranſtra tabulæ ubi ſedent remiges.dicta ꝙ iace ant ī tranſuerſo nauis.q̄ uirgilius iuga appellat:
Trāſuerſa.cōtraria in altera parte uerſa.
Trapeæ:molæ oliuariæ.
Trapetū.concha oliuaria.
Trapezitæ menſuræ quadræ laterum figurā habē tes ſic trapezitæ numularii dicti.ꝙ peccuniam ſu per menſam dinumerent.
Trapezitæ.menſularii.colobiſtæ.
Trapius.lapis niger & ſonorus.
Traſillus:mathematicus peritus fuit.
Thrax gladiator.
Threiſſa:thrax thracie gentis fœmina.
Threicius a thracia.
Tremata.romaria.
Tremit:expaueſcit.palpitat.nutat.iraſcitur.
Tremor.timor.
Trepidat.tremiſcit.horret.
Tremefactus:exterritus.
Tremo is ideſt timorē monſtro:inde tremiſco:tre mebundus.
Tremor:tremulus componitur cōtremo.
Tremulus naturæ:tremens tēporis.
Tremulus:cōtortus:micans.
Tremiſſis dictus q ter miſſus ſolidū facit.
Trenarus mons laconiæ:ubi deſcenſus ē ad infe ros θρῆνοσ eni græce lamentatio.
Trenectice luctuoſe.
Trepidat.timet.refugit.
Trepidus.dubius.triſtis.inualidus.timidus.
Treſſis triū aſſiū appretiatus:& hi & hæ tres & hec tria a græco τρεῖσ treis deriuat̃ ter ternus.na nū trinus na nū.trinitas ternatius triplus.a um ter tius tertianus componitur tredecim tertiuſdeci mus triginta.triceſimus tricies:tricenti & tercen tum trecentenus tricenties.triremis.triēnis trien niū triuiū tripos dis:trifariā:triptitus triplex.tri pliciter.triplico.triplicas.bilis.tridens tis.tridi num.
Treueris ciuitas galliæ:priſc.hic treuir gentile de gallia ē:a uiro componitur.
Treus libertus.
Triambos græce triūphus.
Triarchus.ꝑpoſitus nauigans in exercitum.
Triarius q tertio loco cōſtituitur:portitor ſigno rum.
Triangulus definitur figura eſſe quæ ſub tribus re ctis lineis continentur.
Tribachus q & chorius appellatur dictus ꝙ ſit ex tribus breuibus.
Tribuere.aliqd donare.attribuere uero ordines of ficiaq; diſtribuere.
Tribula.machina:qua fruges triturantur:a teren do dicta.
Tribula:genus uehiculi ſpinarum machina qua teruntur frumenta
Tribulis q & cōtribulis:ex una tribu eſt:commu ne ē.
Tribuli:genus hærbe ſpinoſe ſignificat aculeos uitiorū uel tēptationum.
Tribulari.affligi.conteri.
Tribulant:affliguntlacerant.angariant.
Tribunal inde dicitur ꝙ inde tribuantur ꝑcepta uidendi a ſacerdote:ē eni locus in alto cōſtitutus alii atribubus denominatum dicunt.quia ad il lud tribus conuocentur.
Tribunal ſedes eſt iudicis.q̄ i excelſo locatur.quo iudex ab oībus poſſit uideri:& accuſatores intue ri.ita quaſi xp̄s ſedet.
Tribunal dicitur a tribunus nominatiuo.
Tribunal dicitur ſedes tribuni.
Tribunus aūt olim dicebatur qui tertiæ pti rome ꝑerat.Idem uero dicitur millenarius:qui mille ꝑ eſt uiris.inde tribunal dicitur ſedes iudiciaria:in qua ſedent iudicantes iudices.
Tribunalia genus feræ in mari.
Tribuni militū primo a Cæſare conſtitui ſunt.q plebē in urbe haberent:ne qua pars populi ſine auxilio eſſet.
Tribuni dictiꝙ militibus ſeu plebib; iura uel opē tribuāt.Conſtitui ſunt aūt.xv.āno poſt reges exa ctos.dū enim plebs a ſenatu & conſulibus preme retur tunc ipſa ſibi tribunos quaſi proprios iudi ces & defenſores creauit qui eorum liberratem tuerentur aduerſus iniurias nobilitatis.unde & defenſores dicti ſunt.
Tribus a tributo dictæ ſunt:populus.turmæ.
Tribus dicuntur tāq̄ curiæ & congregationes di

z iii

ſtinctæ populorū:dictæ ab eo ꝙ in principio ro
mani fuere triſarie diſpartiti a romulo ideſt in ſe
natoribus.militibus.plebibus.

Tributū a tribunis:& tribuni a tribus.quia romu
lus in tres populum diuiſit partes :ſenatores qui
& conſules:agricolas uel plebes:& unicuiq; parti
principem conſtituit:qui tribunus dicebatur: qa
uni ex tribus partibus præeſſet:tributū dictū q̄a
antea per tribus ſingulas exigebatur. ſicut nunc
per ſingula territoria. ſic autem per tres partes di
uiſus fuit populus romāus:ut æque qui ꝑerāt p
tibus ſingulis dicerentur.unde ēt ſumptus quos
dabāt populi tributa nominauerunt.

Trice ſūt īpedimenta greſſuū:īde troico as.

Trichiaſis ē lapillus in ueſica qui fit ex neruorum
frigore uel humoris infuſione.

Tricliniū cænaculū dictū a tribus lectis diſcūbētiū
cline eni græce lectus uł accubitus dicitur: antiq
tus enim in loco conuiuii tres lectulos ſtrauerūt
in quibus diſcūbentes epulabantur.

Tricolon:trimembris.

Trico moror.Inde īextricabili s:trico igitur produ
cit penultimā:græci.ſæpe corripiunt ut apud ho
merū in illiade κλιμοσ.

Tricorū ē locus ubi prādet iuxta ignem rupis alta.

Tricora tres cameras ſiue abſidas.

Tridica atrica.ideſt latuca ſyluatica.

Triſucuus gēma nigra ex africa.ſed tres ſucos red
dit.a radice nigrū:medio ſanguineum.e ſummo
croceum.

Tridens tælū neptuni cum tribus dentibus quod
græci fuſcinā dicunt.

Tridens adiectiuū triū generū:ē etiā maſculinum
cū per ſe poſitū:neptuni fuſcinā ſignificat.

Tirens genus nūmi:tertia ps denarii.

Tirēs q & treas dicitur q̄ſi aſſis tertia:q ſic ſcribit

Trieris nauis magna quā græci durconē a tribus
ſenſſionibus uocant.

Trifaucis.tria guttura habens.

Triferus græce tener.

Triferus diues quidā glutto fuit.

Trifinium dictū.ꝙ triū poſſeſſio nū finem attigat:
hinc & quadrifinū.

Trifoliū hærba ē quā græci triphillon dicunt ꝙ ſit
foliis tribus per ſingulas ānotationes.

T[illegible]gamus qui tribus uxoribus nupſit uel duplex
litt[illegible]:

T[illegible] currus ē quē pagani aiunt currere in infe
ris eo ꝙ per tres ætates hoies ad ſe rapiat ideſt in
f[illegible] iuuentutē.ſenectutē.

Trigint[illegible] dictū.ꝙ ex ternario & denario gignatur
inde tri[illegible]es triceſimus.triceni.tricecuplū.

Trigona ē pila qua inter tres luditur.ſicut arenara
q̄ in grege.

Trigonū.triāgulū qđ in tres dicitur āgulos ut ter
tres uel ter q̄ttuor uel ter quinquaginta.&c.

Trilicem triplicem a tribus liciis.

Trilix:ueſtis a tribus liciis dicta.quia ē & ſimplex
& biblex.

Trimegiſtus mercurius dicitur.ter maximus no
minatus.

Trimetrum trium pedum uerſus duobus ſcilicet
pedibus pro uno computatis :unde & trimetrū
.i.ſex pedū:ut eſt uos iſte ītro auferte abite ſoſia.

Trimenle genus eſt hordei.dictū ideo ita quia cū
neceſſitas cogit uerno ſeminatur & celetiter colli
gitur quaſi tribus menſibus.

Trimus.a.um ideſt trium annorum.ſicut bimus
duorum.

Trinacria ſicilia dicitur:quia tria acra a promonto
ria habet pachynum pelorū lilybeum.

Trinacus ſicilicus.

Trinus a um cui tria competunt.

Trini terni.

Trinepos abnepotis filius:qa poſt nepotē quartus
eſt in ordine.dictus quaſi tetanepos.ita nepos ꝓ
nepos.abnepos:atnepos:trinepos.

Trinundinæ.triū dierū mercatū.

Triones proprie ſūt boues aratorii dicti ꝙ terram
terant quaſi teriones.

Tripartitum:in tres partes diuiſum.

Tripedes appellatæ ꝙ tribus pedibus ſtent.has
græci tripodas dicunt.

Tripos podis menſa cum tribus pedibus.

Tripoda græcum eſt tripes.

Tripodes ſunt ſcamnelli habentes tres p edes nec
nō & candelabra.

Triplex tres plicas habentes tertio ordīe priſ. hic
& hæc & hoc triplex.

Triplaris numrus eſt cum deduobus minor ter ī
maiori numeratur:ut ſunt tria ad unū & ex hoc
naſcitur ſymphonia & dyapaſon και diapēte.

Tripolis eſt ciuitas tres ciuitates ſub ſe habens.

Tripolitana prouincia græce dicta de numero ma
gnorum trium urbium ideſt theas abrete leptis
magna.Hæc ab oriēte ſyrtes maiores. a ſeptētrio
ne hadriaticū ab occaſu byzantium habet tryptes
demōes illuſores dicti a trypto τρυπτο uerbo
ideſt deludo uel quia triplicem poteſtatem habe
ant in corpore umbris ſpiritibus.

Triptolemus filius cæloi quem fingunt pagani
quod uiuente cerere eius precepto ab alitibus
portatus indigentibus terris frumenta uolando
contulerit.

Triptota nomina dicta ꝙ tribus caſibus tantū de
clinentur.

Tripudiat:gaudet.exultat.tripudior aris.

Tripudium.exultatio:hylaritas.

Triquetra trinacria ideſt tria ꝓmōtoria pachynus
pelorus lilybeus:in quibus ſinguli ſūt portus un
de & a quæſtibus trium portuum ſic dicta.

Triquadrum:tium partium.

Triremes & quadriremes naues ſunt habentes or
dīnem ternum uel qnatenum.

Tris græce latine tres.

Triſcurrium:multiplex ſcurrilitas.

Triſnes græce fatus eſt.dixit.

Triſeſina craſſitudo.

Triuiles græce tripedes.

Triſilis atribus liciis.

Triſſyllaba pars ideſt triũ ſyllabarũ.ut dominus.

Triſtega:tricamarata a terno tegmine uel tribus tectis.

Triſtis quaſi tritus.mæſtus.amarus.afflictus a te/ro is.inde triſtor aris.

Triſticia per tres partes diuiſa: ideſt meror lamen tatio:fletus ploratus.

Triſtia eſt uultus.mæſtitia uero cordis.item mæ ſticia temporalis.triſticia uitiũ naturæ perpetuũ.

Triſulcus trifarie diuiſus.tres habens ſulcos ideſt diuiſiones.

Tritauus abaui pr̃ quaſi tetrauus ideſt quartus ſu pra auũ hoc eſt ultimum:cognationis nomen.

Tritediezengai menon tertia chorda.nam τριτη tertia διεζευγμενων diſunctũ.nã συνημμενων coniunctũ ẽ.hic ſynalœphe ẽ coniunctio.econtra diezeugſis eſt diſiunctio.

Triteus τριταιοις tertianus.febris eſt.

Triticum uel a tritura dicitur ꝙ puriſſimum hor reo condatur uel ꝙ granum eius commolitur & teritur.

Triticum ſanctoselectos dei ſignificat.

Tritile quod teri poteſt.

Tritor a tritura.

Tritoite hæretici dicti quod ſicut tres prerſonas ita quoq; tres aſtruunt deos eſſe.contra id quod ſcriptum eſt. Audiui iſrael.deus tuus.deus unus eſt.

Triton deus matris a paganis dicitur uel genus marinæ feræ.

Tritones dii marini qui dicunt reſonare conchas marinas.

Tricon palus africæ:circa quã minerua nata dicit̃ alii dicunt boeticæ flumen hoc nomine dici.

Tritonia minerua a tritonide.palude uel a tritoni de gigante a ſe interfecto.

Tritonia dicitur pallas quia temporibus ogygii circa lacum africæ qui triton dicitur fertur uirgi nali apparuiſſe forma.

Triturat.comminuit.concutit.contundit:quando de palea granum conterendo eruitur.

Triuiatim uulgo paſſim.

Triuialiter:uulgariter.

Triuium ubi tres uiæ conueniunt.unde triuialis ideſt uulgaris.

Triuia lucina.luna:proſperina.ĩ terra.celo ĩferno.

Triumphus græce dictus ab exultatione. plenæ enim uictorie triumphus debetur.ſemiplene ue ro tropheum.ſicut qui tantũ fugauit & non ob/tinuit hec tamẽ nomina auctores confundũt trã quillus autem ait triumphum latine potis appel latũ.ꝙ triumphans urbem ingrederetur triparti to iudicio honoraretur.nam primum de trium pho duci concedendo exercitum iudicare ſolitũ erat.ſecundo ſenatum.tertio populum.erat aũt mos romanis ut triumphantes quadrigis uehe rentur ex illo quo ſoliciti ſunt priores duces hoc habitu bella ire quicunq; inconflictu uiciſſet.pal ma aurea coronobatur.quia palma ſtimulũ ha bet qui uero ſine conflictu fugientem proſtraſ/ſet laurea.quia ſine ſpinis ẽ. triumphus ꝓ θριαμ βοσ dicimus.priſc.

Triumphale.imperiale.

Triumphales dies.gaudii dies.

Triũ litterarũ homo fur dicitur.

Triumuir q ſuper tres uiros hẽt poteſtatẽ.nomẽ eſt dignitatis.

Tryx τρυξ τρυγος græce fex.

Trizen trizenis propriũ mũleris.priſc.

Trœzen ãt oppidũ atticæ regionis.

Troas troados mulier ẽ troia.

Troes græce latine troiani

Trochaicũ metrũ a trocheo naſcitur ſicut a dacty/lo dactylum.

Trocheus pes ab eo dictus ꝙ celerem cõuerſionẽ faciat catilenæ & quaſi tota uelociter currat ĩ me tris.trochus enim græce rota dicitur.conſtat ue ro ex longa & breui.ut muſa.

Trocheus.celer.

Trochaica cæſura cũ tertius pes trochus manet:ut munera clara dedit.

Troclea pali ferrei ſudes:fuſtes dictæ ꝙ habeant rotulas per quas funes trahuntur.trochus enim græce rota dicitur.

Trochus rota uel quoddã inſtrumentũ rotundũ ludi curſus dicitur

Troglodyte gẽs ẽ æthiopũ:ide dcĩ ꝙ tãte ſint cele/ritatis:ut færas pedũ curſu aſſequantur.

Trogulus cuculla:monachalis ueſtis.

Troia urbs in aſia:altera in italia ab ænea facta.

Troia a troe rege deriuatur:& ab ea dicitut troia nus troicus.

Tros pro gentili dicitur.

Troia regio ẽ phrygiæ quã ex ſuo nomine appella uit tros troianorum rex ganymedis pater.hæc gens antea a dardano dardania nam dardanus & laſius fratres ex græcia ꝓfecti.laſius ad thraciã dardanus ad phrygiã peruẽit qui primus regna uit:poſt filius eius ericthonius: deinde eius ne/pos tros.

Troilus filius fuit priami.

Troilus troianus troiugena & troius troianus.

Tronibus ſanguis uel globus.

Tromos græce tremor.

Tromos:neruorũ debilitatio:paſſio qdã eſt.

Thronus ꝓprie regni qđ latine dicitur ſedes:& eſt ſingulari numero thronus in quo reges ſedent pp tutelã corporis:troni uero ſunt agmina ange lorũ:ideſt ſedes pro eo ꝙ in illis conditor ꝓſidet & p eos ſua iudicia diſponit.

Thronus ſignificat animam uel eccl̃iam iam ſine macula.

Trophæũ dicitur ἀπὸ τῆς τροπῆς idest a conuerſione & hoſtis fuga.nam ab eo ꝙ hoſtem quis fugaſſet merebatur trophæũ.qui uero occidiſſet tiumphum:ſed hoc confundũt ſcriptores.

Trophon marrubium.

Tropea.imago.ſignũ.

Tropicus.ideſt cõuertibilis ꝙ in eo ſigno ſol retrogrediat᷑ ideſt cãcer & capricornus.

Tropicus:moralis.

Tropica moralis modus longæ locutionis.

Tropice.moraliter.

Tropologia moralis locutio ad inſtructionem & correctionem morũ ſiue apertis ſeu figuratis ſermoribus prolata:

Tropologia morũ compoſitio uel inſtitutio moralis uel intelligentia.

Tropologia:ſenſus.

Tropos græci grãmatici uocant qui a latinis modi locutionũ interpretant᷑.nunc ãt a ꝓpria ſignificatiõe ad nõ ꝓpriã ſimilitudinẽ ornatus neceſſitatiſue cã quorũ oĩum noĩa difficillimũ ẽ annotari.Sed ex oĩbus donatus uſui tradendo.xiii.conſcripſit ideſt metaphora catacriſis metalepſis.metonymia.antonomaſia.epithethõ.ſynecdoche.onomatopœia.periphraſis.hyperbaton.hyperbole.allegoria homœoſis.

Tropi modi locutionũ interepretantur.quibus auctores nñi copioſe uſi fuerũt ad ſacrã ſcripturã ualent:ad quos ptinent.vii.regulæ tyconi.

Tropos græce modus uel mos dicitur latine.unde oi τρόποι ideſt hi mores:& tropicus ideſt moralis:

Tros ganymedis pater troianorum rex aquo dicitur troia.

Troſilus eques adoleſcens romanus:a tros diminutiuum.

Trotingis ideſt ioculatores.

Trublium.parapſis.

Truces:feroces:crudeles.

Trucidat:truncãdo cædit.iugulat.iterficit.ſauciat.

Tructa priſcis eſt uarius q aluo generat & aquis cõmittit fouendo.

Truculentus:terribilis.

Trux.ferox.horrẽdus.inexorabilis.

Trudes conti ferrati fuſtes:a trudendo dicti uel hami ſunt cũ limato ferro.q græce apluſtria dicũtur:a trudendo & tradendo dicti.

Trudit.cõto ĩpedit.cludit.ĩpellit.mittit.

Trulla:ideſt orca:ruſticum uas.trulla uas ruſticanum.ferrum latũ quo parietes liniuntur.

Trullæ nomẽn factũ ꝙ trudat uł detrudat ideſt includat calce uel luto lapides.

Trullum tiburium.altior medietas.

Truncat:caput aufert.

Truncarius deuorator.

Trũcus eſt ſtatura arboris iſiſtens radicibus.

Trũcus media pars corporis a collo ad coxas.

Truncus pro truncatus.

Truſus:clauſus.

Trutina eſt gemia põderũ iacẽs æquali examine pendẽs facta pp talenta:ſicut monẽtana ꝑ modica pecũia.hæc & moneta & ſtatera dicitur.

Trutinat.appẽſat.ꝓpẽdit mĩute cogitat.æſtimat.

Trutinata uerba pẽſata cõpoſita.examinata.

Trux trucis:crudelis:dirus.horrẽdus ĩexorabilis

Tu latine σὺ ſy græce deriuatur inde tuus a.um aduerbium tuaptim:& p epenteſim tute.

Tu tui:inde dicitur tuus a.um.tuapte.tuaptim:cõpõitur mutuum.

Tuba primũ a tyrrhenis inuẽta ẽ:adhibebatur uero nõ ĩ pliis ſed in oĩbus feſtis diebus pp laudis uel gaudii claritatẽ ſicut a iudæis.

Tuba q̃ſi tibia dicta hãc antiq diſcernebãt a buccia quæ cũ iſonat:ſollicitudinẽ ad bella denũciat.

Tubæ ãt terribili ſõitu iterdũ canũt ut bellũ comitat᷑ iterdum ut inſequat᷑ qui fugiunt:interdum.receptui

Tube ductiles græce ſũt quæ.tũdẽdo ꝓducuntur corneæ uero ex cornibus animaliũ de quibus in pſalmo in tubis ductilibus & uoce tube corneæ

Tuba ĩde tubicem tubicino as dicitur tonus & tonitruus tono as:cõponitur intono as attonitus ſemitonium.

Tubos dicimus q aquas mittunt.

Tubal filius iaphet a quo hyberi q & hiſpani licet qdam ex eo & italos ſuſpicentur:interpretatur deferens uel delatus.

Tubera ſunt fungi qui in locis ſaxoſis & ſterilibꝫ naſcuntur.

Tubera tumor terræ ſunt unde & dicuntur hæc ĩ aqua cocta calculos frangunt.

Tuber genus boleti quod ex tonitruo naſci dicit᷑ tuberes & tubera.

Tibicines q tuba canunt:priſc.hic tubicem.

Tubruci dicti ꝙ tibias bracchaſq; tegant.uel ꝙ a bracchis uſq; ad tibias ueniant.

Toceta.eſcæ regie ſalciciæ uulgo.tucetoſus.optimus fertilis.

Thucidides grecus hiſtoricus.

Tucos quos hiſpani cuculos uocant a uoce ꝓpria nominatos:horũ ſaliuæ cicadas gignunt.

Tudes:malleus a tudẽdo ideſt tedendo dictus.

Tuetur.ſeruat.cuſtodit.aſpicit.

Tueor.defendo.protego.intueor uero uideo:tuor oris & tuor ris eiuſdem ſignificationis ſũt.

Tueor ris tutus.tueor eris tutus.inde tutela tuta tum.tuearis.tutor.aris tutamen componitur cõtueor.

Tuguriũ parua caſula ẽ.quã faciunt ſibi cuſtodes uinearũ ad tegimen ſui quaſi tegurium.hoc ruſtini capãnam uocant quod tantum unũ capiat.

Tugurium guri frequenter tamen ueteres in geminantibus.i.alteram ſubtrahunt ut tuguri antoni.oti

Tuitus ẽ.turatus ẽ.ſaluauit.

Tuitio defenſio tutela.

Tulit procreauit.accepit.attulit.abſtulit.
Tuli aquarum proiectus.
Tum.eo tempore.præterea.inſuper.deīde.poſtea aduerbium ordinis.
Tumentum dicitur ꝙ tumeat in filo uel ī tela. nec ſit ſubtile.
Tum ad ſequens tempus refertur. tunc uero ad quolibet per ſe.
Tumidus.inflatus.ſuperbus.uanus.garrulus.
Tumet corpꝰ qđ ægrotat:turget uero iā cadauer.
Tumeo es:inde tumeſco:tumor.tumidus.tumulus.tumultus tus.cōponitur ītumeo.contumax tor.tia.
Tumultus:ſeditio.pturbatio.ciuilis furor.
Tumultus populi pturbatio tanta ut timor oriatur:unde dicitur quaſi timor multus.In tumultu uocatio nō ualet:in bello uero ualet.
Tumultus ē modeſti appellatiōe cōcitatus:hæc & ſeditio nūcupat᷑:bellū uero fit cōtra hoſtes.
Tumultuatio idē qđ coniuratio.
Tumultus & tumulti.
Tumultor deponēs abſolutū.tumultuor aris.tumultuo idem ſignificabat ātiquitus.
Tumulat:ſepelit.
Tumulus nūc breuis mons:nunc tumens tellus: nūc ſepulchrū intelligitur.
Tūc preteriti teporis eſt & futuri:ut tūc cum ſceptra dabas.& cū faciā tūc uenito.
Tūc aduerbium tēporis:tū uero ordinis.
Tūc cōtrariū ē nūc ut tūc didici:nūc uero doceo tūc uero: tunc maxime.
Tundit:uerberat:pcutit.pducit.
Tūdo tūdis tutudi penultima correpta uel producta a quibuſdam ne pteritū uincat᷑ in cōpōne:qđ fieri nō licet.ſupinū tunſum.
Tunſum a preſenti:tuſum quoq; in conpoſitione inuenitur quaſi a pterito.
Tunica ueſtis antiqſſima a tegēdo dicta prius.n. fuerūt pelliceæ: qbus adā & eua poſt eiectionem de peradiſo induti ſunt. Eſt aūt tunica aut talaris:aut manicata:aut pectoral᷑:aut loculata āut roſata ideſt coccinea aut ſerica aut bonbicia.&c.
Tunica a tūdendo ideſt pcutiēdo pedes.
Tūtaxeos græce iūctura.
Thuribulū: incēſariū qđ græci thimamaterion dicūt ideſt mixtū.
Thuribulum ubi thus incendit᷑.Conponit᷑ thus olidum.
Thuribulum incenſarium.
Turbator:inſtinctor.ſtimulator.
Turba populi multitudo:ſed multitudo numero fit:turba uero tm̄ in loco.poſſunt enim pauci turbam in anguſto facere.
Turba:grex. caterua. populus. plebs.a turbando quia diſſona eſt.
Turbat.confodit commouet.
Turbatus:confuſus.dubius.attonitus.
Turbidum de natura ē:turbulentum uero fit.
Turbidum dictū quaſi terræbidū ideſt mixtum
Turbines.procellæ. tempeſtates:uēti. uertigines.
Turbiſcus q grece camelea dr̄ dictus quod de uno eius ceſpite multa uirgulata ſurgant quaſi turba.
Turbones:minæ.terrores.clamores:
Turbo eſt uolubilitas uentorū dictus a terra quotiens uentus conſurgit & terram in circuitu mittit.inde turbus deriuatur.
Turbo turbinis uentus.uel quo ludūt pueri proprium uero turbo onis.
Turbulētus.turbidus.obſcurus.nō lucidus.
Turbus. turbulentus. ferox.impetu uæhemens a turbo as priſc.
Turculanus lapis a loco italiæ dictus
Turdæ aues a tarditate dictæ.hyemis enī confinio ſe referunt.
Turdela quaſi maior turdus cuius ſtercus generare uiſcum dicitur.
Turdi auiculæ ſunt q̄ hyeme ſe referunt.
Turres dictæ ꝙ teretes ſunt & longe: teres enim aliqn̄ eſt rotundum cū proceritate ut colūna:quis enī quadræ ſint.procul tn̄ uidentibus longe æſtimant᷑.priſc.turris ris rim.
Turget:tumet:iraſcitur.inflatur.
Turgor.tumor.
Thuricremum.in quo thura cremantur.
Thuribulū a thus ris addita bullū fit turribulū
Thurificat:ſacrificat.purificat.thus deo incēdit.
Turritum:excelſum in modum turris.
Turma certus numerus eqtū.xxx. milites ſunt.
Turmalis ordinalis.
Turma.xxx.equites ſunt: romani enim equites ī una tribu.ccc.erant de ſingulis enim cēturiis decem dabantur & fiebat turma.
Turmus uermis in carne.
Turonis:ciuitas franciæ.
Turnus proprium eſt appellatiuum. piſcis paluſtris ē & fluuialis
Turpis.obſcenus.adulter.libidinoſus.
Turpis dictus ꝙ ſit informis & torpeat.
Turpit udo delictum.macula.
Turpe ad animum uel crimen.
Turtur de uoce uocatur auis pudica & ſemper in montium iugis & in deſertis ſolitudinibus commoratur quæ in hyeme etiam pene deplumata ī trūcis arborū cōcauis hitare phibetur.
Turtur auis caſta.fert᷑ uero ſi quando iugali proprio fuerit priuata pertæſum thalamos habere.Hæc etiam ne pullos ſuos lupus icurſet quiſquilæ folie eis proiicit. Nouit enim huius hærbæ folia lupos fugere.
Turtur ris excelſis arboribus ſolet morari.& nidificare.
Turtur piſcis eſt aculeo nocet quaſi uipera ſed magis mortua.
Turtur ſignificat ſpiritum ſāctū uel uiꝝ ſāctū uel intelligentiam maſculinum & fœmininum.
Turuca ueſtis regia.

Turundas panes.
Thus arbor arabiæ imenſa atq; ramoſa: lentiſſimi corticis ramis ad aeris qualitatem amygdali mō: ſuccū aromaticum fundens album & appellatur apud nos maſculus: eo quod ſit natura rotundū in modum teſticulorum: reliquū planū & pene ſcabroſum: adulteratur admixta reſina uel gūmi ſed dinoſcitur ſua proprietate. Nam thus igni inpoſitū ardeſcit: reſina fumeſcit. gummi liqueſcit.
Thus a tondendo dicit᷑, unde a qbuſdā ſine aſpiratione ſcribitur. hoc & libanum uocat᷑ a libano mōte arabiæ ubi colligitur.
Tuſci italie gēs a frequētia ſacrorū & thuris uocata.
Tuſcia par ſ ē italiæ: umbria uero pars tuſciæ.
Tuſculum ciuitas non longe a roma: inde tuſculanum.
Tuſſis græce ab alitudine dicitur: quod a profundo pectoris ueniat cui contraria ē ſuperiori faucibus ubi eſt una.
Tuta: ſecura. tranquilla profugiū.
Tutari: ſeruare. defendere.
Tuto & tutor eiuſdem ſignificationis antiquitus
Tutela: cuſtodia. procuratio. defenſio.
Tutilina dea frumenta cōdita tutando.
Tutulus: ſacerdos breuiorum deorum pallium: quo ſacerdos eius caput tutabatur in ſacrificio.
Tutus: ſecurus, & ſine periculo.
Vacca dicta quaſi bocca. uł a uacando ideſt opā dando pli: uū diminutiuū uaccula Vaccæ ſignificāt carnalibus uitiis plenos.
Vacat: operā dat: uel deficit a uacuo dictū. Qui enim uacuus eſt a cæteris operibus interdum uni uacat ideſt opā dat: iterdū nihil agit.
Vacillat: titubat. nutat. trepidat.
Vaccinia genus floris coloris crocei herba rubea uel poma ſilueſtria.
Vaccinia. uiole purpurei coloris uł poma agreſtia.
Vacuus: uanus: otioſus. deſtitutus. ſine eo.
Vacuat: innanit: quod intus eſt aufert.
Vadatur ꝑmittit: fidem dicit. litigat. rixatur.
Vadatus: obſtrictus.
Vades: fideiuſſores. ſatiſdatores.
Vadimonium: ſponſio. fideiuſſio.
Vado is. dit. it. incedit.
Vadit uiam adit. priſ. uado dis uaſi.
Vado dis inde uadum uadoſus uador aris. uadimonium. uades. conponitur inuado peruado, euado.
Vadum tranſitus per fluuium. quo homines ire poſſunt.
Vafer fra. frum. callidus. ſubtilis artificioſus. multiformis.
Vafer: inæqualiter.
Vagatur: diſcurrit. uagus & diſſolutus it. diſperſus eſt erat. uanus agit.
Vagina theca gladii dicta quaſi baiugina ꝙ in ea gladius baiuletur.
Vaginatus: exagitatus.
Vagit: plorat:
Vagitus: uoces infantium. flætus. ploratus. de ſono infantium factum eſt.
Vagitatur uiolenter flet. a uagio. is.
Vagor abſoł. deponens & uago idem ſignificabat ātiquitus deriuatur a uano.
Vagus: erraticus. diſcurrens. uadendo agens.
Vah: irridentis interiectio: antiquitus uero uaha.
Vagecra hebraice: leuitic⁹ græce: miniſteriał latie.
Vagedaber hebraice rythmus. græce numerus: latine liber numeri.
Valles loca quæ montibus ſubſidūt. ſignificant corda humiliū ī bono. In malo cōtritos corde.
Valleſtria agrorum: ſicut campeſtria.
Vallicula: concaua loca.
Valde: nimis. uæhementer. priſc.
Valde pro ualide. a ualido deriuatur.
Vallum: munimen. foſſa uel locus humilior:
Vallare: circundare. protegere. munire.
Vallus munimen quod fit de palis acutis: corbicula qua fluit muſtum: uel palus uineaꝝ ſiue q genibus iunctis ambulat: uel uannus.
Valeutinas tis. commune gentile eſt.
Valetro: glutto.
Valet: poteſt. uiget. ſanus eſt.
Valitudo a ualendo bene uel male dicitur.
Valitudinarius: qui frequenter ægrotat.
Validus: fortis uiuidus.
Valitat: ſanus eſt. ualet.
Valuæ a uoluendo dictæ. Nam ſunt interiora domi orum hōſtia: quæ intus clauduntur. exteriores uero fores. & ſunt binæ.
Valuus aquæ ductus per quē decurrit uel ianua. uel modici muri ante portam.
Vandali dicti a uidelico fluuio: qui ab extremis finibus galliæ erumpit iuxta quem habitauerūt & ab eo nominati ſunt.
Vangiones ſunt normatienſis populus.
Vanum: inane. fluxum. uacuū.
Vanus: uæhementer anus. ideſt uacuus.
Vanus ior ſimus uanitas.
Vaneo [illegible] uaneſco.
Vag[illegible] uagus. inde ſoliuagus.
V[illegible]us cribꝝ ce[illegible]e. uł uallus dr. fœmininum
V[illegible]us uel [illegible]us inſtrumentū eſt de uimi ue factū in mo[illegible]m ſcuti.
V[illegible]pa perditus ſtultus & leuis ut nebula uel uinū uiliſſimū quod perdit ſaporem.
Vapidus: ſtultus. malus.
Vapor ſicut puluis aromatum. uel fumus. uł odor uel æſtus. uel nebula.
Vapulare: uerberari.
Vaporat: exurit pro incenſat apud. uirgi. & regit accuſatiuum.

Vapulat:uirgis ceditur.uapulo a te dicimus.
Varix uena ſurarum.hinc uaricoſus.
Variciosus:luxurioſus.uitioſus.
Varicioſus cuius uenæ dum ſanguine implentur
&inflantur fit adapertus.
Varix lepra minuta uel uena.
Varix maſcul.priſc.breuiat penul.uaricis.
Varices in dorſa iumentorum exeunt.
Varius:multiformis.diſcolor.mutabilis.multi/
plex hinc uarietas.
Variat:pingit.diſtiguit diuerſificat:
Varitat.ambulat:tranſit.
Varus populus uel fluius finis italiæ in hiſpania.
Varus pro tortuoſo ponitur claudus.nam uarus
fuit quidam tortus.
Varo pro ſtulto.
Varus dicitur ſeptum ad capiendas beſtias ubi ræ
tia ponuntur.uel pallium uarium.
Vas uadis maſcul.promiſſor fideiuſſor.
Vas uaſis neutrum in plurali eſt ſecundæ declina
tionis uaſa uaſorum unde uaſculum.
Vaſa a ueſcendo dicta:uel ꝙ in eis uehatur eſca.
quorum genera ſunt.Fictilia argilla.aretina.ſa\
mia.cælata chriſen.anaglypha.diſcus.miſſorum.
parapſis.patena lax gauata.concha.ſcutella.apo/
phereta.ſalinum.ſulzica acetabulum:cochlear.
triſillis.poculorum uaſa:fiale.pateræ.cratera.cya
thi.ſcyphi.cymbia.hemiſtes.bactea.calices calat
hi.ſcalæ.ampullæ.
Vaſa uinaria & aquaria.œnophoꝝ.lagena.cathaꝝ
hydria.ſitula:cadus.catinus.orca uel urceus ſcy/
phus:ſeriola.ſporta.doliũ.cuppa.uter.mulgariũ
mulctrũ peluis.
Vaſa olearia.henicadiũ.alabaſtꝝ.pyxides.lẽticula.
Vaſa coquinaria & piſtoria:coculla.olla.patella.cu
cus.cacabus.lebes.ſartago.tripodes.molacribrũ.
rotabulum.
Vaſa repoſtoria:archa.gazophilatium.cibutũ locu
lus.ſcrinia.ſaccus ſacculus.marſupium.inuolu
crum.fiſcus ficinus & fiſcella.caniſtrum.ciſtella.
cophinus.corbes.ſporta.
Vaſa mortis ſignificant hæreticos uel apoſtoloſ q
ſunt odor mortis malis.
Vaſit ambulauit.a uado is.
Vaſcones populi ſunt citra hiſpaniam.
Vaſcanda:genus uaſis.
Vaſtum:profundum.infeſtum.inane nugatoriũ
ſolitudo.
Vaſtus:ingens.magnus.immenſus.
Vaſtitas:deſolatio.populatio.
Vaſtitas ẽ corporis:uaſtitudo uero ſolutudo.
Vaſtat:expugant.expoliat.
Vates dicti a ui mentis ꝙ tanq̃ futura conſpiciant
hic & hæc uates uatis.uatiũ pluraliter.cuiꝰ nomi
nis ſignificatio multiplex eſt.nam modo ſacerdo
tem:modo prophetam:modo poetam ſignificat.
uel a uinciendis carminibus ideſt flectendis.&
pro inde poetæ latine uates:ſcripta eorum olim
uaticina dicebantur quod in quadam & quaſi ue
ſania commouerentur in ſcribendo.
Vaticanus:mons in quo nutritus dicitur iouis.
Vaticanus deus paganoꝝ qui uagitibus infanti/
um præeſſe dicitur iupiter.
Vaticinatur:diuinat.prophetat.priſc.
Vaticinor aris deponens.abſol.
Vaticinum:prophetia.
Vatidicum propheticum.
Vatilla pala qua aqua proiicitur e naui.
Vatiniana uaſa ruſtica & maxima a uatinio bene
uentano uoraciſſimo.
Vau littera hebraica.u.eſt apud nos interpretatur
paſſio uel ille eſt.generis omnis eſt.
Vaxea ſunt calciamenta mulierum.
Vbal.hebraice:latine porta dicitur.
Vbera mamme dicta uel quia lacte exuberant:uel
quia uda ſunt ſcilicet humore lactis
Vber pro abundantia:neutrum eſt & fixũ.adiecti/
uum uero generis oĩs.
Vber ris unde ubertas ubera pluraliter.ubertim.
ubere.exubero as.
Vber:uberior uberrimus.
Vbere.uel ubertim.abundantẽr.copioſe.abunde.
Vbertas:abundantia fœcunditas.
Vberat:abundat.exultat.
Vberena ſacra fundens.
Vbi interrogatiuum.penultimam.acuit:ut ubi ẽ
pamphilus.Relatiuum grauatur:ut Sæuus ubi
æacide telo iacet hector.Sic unde:quando & ſi\
milia interrogatiua penultimam acuunt.Relati
ua grauant.
Vbi poſtq̃ uel quo loco qua parte:quoq̃.
Vbicũq;:quocũq;.ubiq; in omni loco.
Vbi.inde componitur ubiq; ubicũq;.ubiuis alicu
bi ubiubi.ubinam.ubihomo.
Vdum fit axtra:humidum uero ex ſe dat humo/
rem.
Væ interiectio dolentis.cum æ ſcribitur
Ve coniunctio encletica ſine æ pro uel ponitur.
Ve diſtinguit:que uero coniungit.
Væcors ſine corde:ſine uiciato corde.
Væſanus cui uæ ideſt inſanitas eſt cordi.
Vecordia:amentia alienatio mentis.
Vectat pro uoluntate portat.
Vectes dicti ꝙ manibus uehantur:unde hoſtia ſa
xaq; euelluntur:ſed hi ad pœnas legum non per
tinent.
Vectes:ſeræ.obſtacula hoſtii.
Vectare a ueho uehis.xi uectũ frequentatiuum.
Vectigal omnium negociorum ſolutio uel tribu/
tum nauium a uehendis mercibns dictũ.
Vectigalia ſunt tributa a uehendo dicta.priſc.
Vectigal a uectus.
Vector portitor:qui uehit & qui uehitur.
Vedius pluto uel orchus ideſt malus diuus.
Vegens:robuſtus.uiuax ualens.uæhemens.
Vegetatus:confirmatus.confortatus.

Vegetus:fortis.incolumis ualidus.uigilans.agilis ſtrenuus.integer.incoruptus.

Vegetabile dicitur tertia uis animæ ſicut eſt in arboribus & hærbis:quæ uiuere & uegetare ideſt creſcere dicuntur:ſed non ſentiunt nec rationem habent.

Veii ciuitas:xyiii.milliario ab urbe:cuius habitatores ueientes de qua ſuetonius tranquillus in uita Neronis.Roma domus fiet ueros migrate quirites.Si nõ & ueros occupet iſta domus.

Veientanum uinum peſſimũ eſt a loco.

Veientana italica gemma eſt uehis reperta.

Væhemens.fortis.uiolentus.grandis quod uehat mentem.

Vehiculum a uehendo dicitur:huius genera ſunt plurima ideſt carrum.rheda.carpentum.plauſtrum.caratutium:capſus.pilentum uel pretoritum.baſterna.

Vehit:portat.

Veho is.uexi ctum actiũ eſt.inde uector.uecto as.uia uiaticum.inde componitur biuium triuium quadriuium dubi⁹ auius.inueho de præ.ob.obuio as.uelum.unde uexillum.conponitur uexilifer:ueliger.ueredus.i.uectus rhedis:ueredarius uelo as uelum.protecto.cõponitur reueho adueho inueho proueho.

Veo uis ideſt malus iouis

Vel cum pro ualde ponitur:ſicut per:aduerbium ẽ affirmandi

Vel diſiunctiua coniunctio.

Vel pro ſaltim

Vela græce armena dicuntur:proinde ꝙ aere mouentur.apud latinos uero a uolatu dicta ſunt genera uelorum achateon epidromos.dalum.artemon ſi parum mẽdicum.

Velum.uexillum diminutiuum.

Velat:operit.claudit.coronat.

Vela dicta ꝙ obiectu ſuo interiora domorum uelent.

Velaber uænditor minutarum rerum a uelando.

Velabrum dĩ quod uelis texitur:

Velabrũ a uelãdo dicitur:ut ille qui carni carnem imponit.

Velamen indumentum pallium.

Valenſis tunica quæ afferuntur ex inſulis dicta qd uelis ſic neta.

Velites erant apud romanos genus militiæ a uolitãdo dicti.electi enim agilitate iuuenes cum armis ſuis terga equitum conſedebant & mox cum ad hoſtes uentum eſſet equis diſſiliebant & continuo pedites ipſi ex alia pte equitibus per quod aduecti fuerant dimicantibus hoſtem perturbabant.

Velites dicti ſiue a uolitatione ſiue a ciuitate etrhuſcorum quæ ueles uocabatur.

Velitanus ethruſcorum lingua martius menſis.

Velia ciuitas lucaniæ pro elia ſed digamõ additur.

Vellicat:carpit.

Vellificat:nauigat.uelo ambulat.

Velifico & uelificor.

Velitor aris.leuiter pugno.priſci.

Velito & uelitor idem ſignificant.

Vellit:eradicat:eruit.priſc.

Vello lis uelli & uulſi uulium.Inde uellico cas.

Velox.cis.a uelum ueli.

Volocitas eſt pedum:celeritas uero animorum priſci.

Velocitas eſt agilitas uigor.celeritas.feſtinatio.

Vellus dictus quod prius lane uellerentur non tõderentur.uellus eris.

Velum a uolatu dicitur:unde uexillum diminutiuum uel a uelando ꝙ interiora uelet

Velut:ſicut.quaſi.componitur ex uel & ut.

Veluti:quemadmodum.quomodo ex uel & uti.

Venabrum eſt genus hærbæ in locis humidis.

Venabula dicta quaſi uenatu habilia.uł qa ueniente excipiant.

Vena dicitur quod per eam ueniat ſanguis ad cor.

Vænalicium:quicquid uændi poteſt.

Venafrum ciuitas ſanii oleo abundans.

Venator dictus quaſi uenabulator a uenatione.ſ.ꝙ beſtias perimat.horum quattuor ſunt officia:ueſtigatores:indicatores:alatores:preſſores.

Væna:uændibile

Venor aris uenatur færas agitat.

Venatus tus primam producit.uirgilius.

Venatorium dicimus ferramẽtum:uenaticum uero canem.

Vændibile:populare plauſibile:quod in uænalibus aſtat.

Vendicare:acquirere uel habere:uidicare uero ulciſci.

Vendo cõponitur a uenum & do ide dicitur uændito as.

Vænditat:uendere cupit.frequenter uændit.

Vænditio eſt rerum conmutatio atque contractus ex conuenientia ueniens quaſi uænundatio.

Veneficus dictus ꝙ ueneuũ cã mortis parauit aut preſtitit uel uændidit.

Venenata res ẽ:in qua eſt cõiectum uenenum:ut potio.

Venenoſa in qua natum eſt:ut hærba ſerpens.

Venenaria quæ fecit uenenum:ut mulier.

Venenum uenas nectens.

Venenũ dictum ꝙ per uenas uadat.non enim poteſt nocere niſi ſanguinem tetigerit.Omne autẽ

uenenum frigidum eſt:& ideo anima q̄ ignea eſt
fugit uenenum.

Veueratur:adorat.colit.gratias agit.ſupplicat .ue-
nerem dicunt inde dictā ꝙ ſine ea fœmina uirgo
eſſe non deſinat.hanc græci aphroditen.αφροδι
την uocant propter ſpumam ſanguis generantē
aphros αφροσ enim græce ſpuma uocatur. Qui
dam autem fingunt Saturnum:cælii patris uirilia
abſcidiſſe:ſanguinem in mari fluxiſſe dicūt. atq;
eo ſpuma maris concreta.uenus nata eſt:quia in
coitu ſpuma fit ſanguinis:quæ ex ſucco uiſcerum
liquido ſalſoque conſtat & niſi humor de cælo in
terram deſcenderit nil creetur quæ ideo uulcani
uxor fingitur quia uenereum officium non niſi
in calore coſiſtit cupido nominaᷓ propter amo/
rem.

Veneris crinis lapis eſt : nigro nitet internis gut/
tis.

Veneres pluraliter appetitus & delectationes ſigni
ficant.

Venetipeta:luxurioſus.

Venetus fuit quidā rex qui tenuit ciuitatem quā
ex ſuo noīe uenetiā nominauit.

Venetum de uenetia.lucanus.

Venetū ueſtis ueneti coloris.quæ uiſu uilis eſt.

Væneo uændor.priſc.

Væneo a te uænis uæniui uenum.

Vænit uenditur.

Veniunt qui uændunt': ueneunt qui uendun/
tur.

Vænundare:uændere.

Venum uendirio a uæneo.

Venio uerſus nos ire : uadere a nobis ire quoli/
bet.

Venio neutrū inde componitur actm̄ cōuenio or
inuenio inuenior.

Venio uenis inde deriuatur uenter uentriculus.
uena inde componitur uenenum:inde ueneno
ſus uenenatus.componitur ueneficus ueneficiū.
ueno is qd̓ non eſt in uſu dicitur uentus.uenti/
lo as inde uentilabrum.uētulus uētoſus. uenus
ris inde uenuſtus ior ſimus.uenuſtas.uēuſto as.
A uenio uenia & ueniali:uñ uenerandūſ.uenera
bilis biliter.cōponiᷓ aduenio aducna aduentus
tus.aduenticius circumuenio interuenio per\
uenio præuenio.de.in.ſuper.ſubter.cō.

Venia.indulgentia.pax.

Venter eſt qui acceptos cibos digerit.& apparet
extrinſecus pertingitq; a pectore ad inguinem
dictus uenter ꝙ per totum corpuſ uitæ alimēta
trāſmittat.

Ventriculus diminutiuum a uentre.

Ventilat:cōmouet.ſpargit.uentilatio.iactatio. ela
tio.confidentia.

Ventilabꝝ:uentilatoriū.a uentilandis paleis no/
minatū ſignificat examen iuſtitiæ dei.

Ventitare:frequentare.

Vētoſus:uanus.inglorius ig̓lioſus ſemet efferēs

Ventoſa uerba ſunt quæ inflationi temporali poti
us q̄ rectitudini inſeruiunt:de quibus in lob:quā
uis enim uerba reproborum aliqñ ſana ſint per
præſentiā:inflata ſunt tamen ꝑ elationem.

Ventoſa quæ & guna.hæc & cucurbita dr̄ latine.

Ventus ſignificat ſuperbiam uel arbores.

Ventrale faſcia.dictum ꝙ ſolum uentrem operiat

Ventus:turbo.flatus.ſpiritus . aer . tempeſtates : a
ueniendo fortiter.

Ventus eſt aer motus & agitatus & pro diuerſis
partibus cæli nomina diuerſa ſortitur:dictus au-
tem uentus ꝙ ſit uæhemens & uiolentus. nonſo
lum enim arbores:ſed & cælum & terram mare
ꝗ conturbat. Ventorum ſunt quattuor princi
pales ſpecies.primus ab oriennte ſubſolanus :a
meridie auſter.ab occidente fauonius.a ſeptem
trione eiuſdem nominis uentus: habentes gemi
nos hinc inde uentorum ſpiritus. Subſolanus a
dextro latere habet uulturnum: a leuo eurꝰ au/
ſter a dextris euro auſtrum:a ſiniſtris auſtro afri/
cū.Fauonius a dextra affricū:a læua corū ſeptem
trio a dextris circium:a ſiniſtris aquilonem. Ex
omnibus uero uentis duo ſunt cardinales ſeptē
trio & auſter Venti quidem īnumerabiles ſunt
nominati a propriis locorum flatibus.

Venucula:genus uuæ a loco.

Vænundare uændere.

Venum:uenditio a ueno.

Venuſium oppidū fuit horatius:inde uenuſinus.

Venuſtus:ſapiens ornatus.decorus.modeſtus. fa
cetus.formoſus.quaſi a uenere dictus.

Venuſtus pulcher a uenis.ideſt ſanguine.

Venuſtas pulchritudo urbanitas.eloquentia.

Venuſtas eſt quicquid ornamenti & decoris cauſa
ædificiis additur:ut tectorū auro dictincta laquea
ria cruſte & colorum picturæ.

Veſpicus de geminis filiis ille dicitur qui altero
aborto legitime natus fuerit.

Veprem maiores noſtri dixerunt omnē arborē
ſpinoſam quod ui appræhendat.

Vepres ueprecula diminutiuum.

Vepres pl̄r apud.uirgil̓ maſculinum.

Ver dictum ꝙ uiret.Tunc enim poſt hyemem ue
ſtitur tellus hærbis & in florem cuncta rumpun/
tur.Exoritur autē uer.viii.Kal.martii quod per/
manet diebus.lxxxi.uer a græco ηρηροσ κητο
εαρεαρροσ.deriuatur.priſc.

Ver:uerculum diminutiuum.

Ver ueris.inde uernus uerna num & uerno as &
uernalis

Veractum dicitur quaſi uereactum id ē uerno ara
tum.& terra proſciſſa eſt.

Veratrum:hærba.elleborum.

Verax:ſyncerus. ſimplex a ueritate.

Verba ſunt mentis ſigna quibus homines cogita
tiones ſuas inuicem loquendo demonſtrāt.

Verbaſcū hærba eſt:quæ a græcis flomos dicitur.

Verbena:genus hærbæ.

Verbene uirides : frondes : uel corona ex uiridi
frutice.

Verbene ſacræ frondes:ut laurus.olea.proprie frō
des oleæ.

Verbera:plagæ.tormenta.pœnæ.

Verberat:cedit.laniat.uerbero as ueberator uerbe
ratio uerbetalis uerber.uerberis.uerbum & quæ
ab his fiunt.

Verbera dicta quia cum agitantur aerem uerberãt
hinc flagra & plagæ quia cum flatu & ſtrepitu ſo
nant.

Verbera quodlibet genus flagelii.Nam flagella
proprie uirgaꝝ ſunt.

Verbiſiſ̃a noĩa quæ & uerba ſunt futuri tẽporis
impatiui modi & noĩa:ut cõtẽplator.amator.

Verbotenus:uerbi cauſa.

Verboſus.inpudens.iuerecundus:nimius iuerbiſ

Verbum eſt quod ſignificat:tempus cuius pars ex
tra nihil ſignificat & eſt ſemper eorũ quæ de alte
ro dicuntur nota:ut cogitat.diſputat.

Verbum dictum ꝙ uerbetato aere ſonet:ꝙ hec ps
frequenter in oratione uerſetur Sicut nomen ſi
gnificat perſonam ita uerbum factum dictum ue
perſõæ.Verboꝝ uero duo ſũt genera: grammati
coꝝ quæ in tria cadunt tẽpora preteritum inſtãs
& futuꝝ:& rhetoꝝ q̃ uniuerſã orõnẽ uerba dicũt.

Verbũ eſt pars orationis cum tẽpore & modis & ſi
gnificationibus dictum a uerberatu aeris.propri
um eſt uerbi actionem uel paſſionem uel utrum
ꝗ ſignificare cum modis & temporibus & for
mis ſine caſu.Quot accidunt uerbo.octo que:mo
di.formæ.coniugationes. ſignificationes nume
ri.figuræ.tempora. perſonæ.Queritur an uerbũ
ex re:an res ex uerbo naſcatur ſed potius antece
dit actus uerbi.Nec enĩ curſus poteſt intelligi ſi
ne currente:nec cogitatio ſine cogitante:nec cura
ſine currante.

Verbũ dr̃ ꝙ aurem uerberet.

Verbũ dicitur ꝙ aerem ueberet uox.Siquidẽ om
nia quæ loquimur uerba ſunt.Nam dicimus uer
ba mihi dedit.Sed ob hoc maxime hæc pars ꝙ
generale eſt aliorum proprie ſibi aſſumpſit: quia
in loquendo utimur ſæpe: & quod agit aliquid
uel patitur uerbum dicitur ρημα rema græce uer
bum dicitur a uerberãdo ideſt feriendo eo quod
uerberato aere & plectro lingue formetur uel a
reboando ideſt ſonãdo.

Verbũ eſt uniuſcuiuſꝗ rei ſignum quod ab audi
ente poſſit intelligi a loquente prolatum.

Verbum eſt unius pars oratiõis.Sermo uero plu
rimorum uerborum rationis eſt.

Verbum inde uerbulũ uerboſus uerboſitas. cõpo
nitur uerbiſator.uerbifluus.aduerbium. ꝓuerbi
um.componitur ex uerbere & boo.

Veredes antiqui dixerunt ꝙ uæherẽt ideſt du
rent rhedas.uel ꝙ uias.publicas currant per quaſ
rhedas ire ſolitum erat.

Verecundia:pudor.modeſtia.

Veredarius a uehendo dr̃.qui feſtinanter equitan
do currit:habetꝗ pennas in capite ut intelligat
feſtinatinatio itineris.

Verecundus non niſi uera timet:pudẽs uero opi
nionẽ ueram falſamꝗ.

Verendum:paueſcendum .timendum.

Verenda uiri uel fœminæ pudenda.

Veror reris.cõe antiquitus ueritus facit.

Vereř:timet.paueſcit.horret.Virg.illã ueretur.

Vertere:uexare.trahere.diſſipare ꝑturbare.inuo
lare.

Verrennes.a uehere ideſt portare nomiate. inſtru
menta ruſticorum ſunt.

Verrere:ſcopare.trahere ad ræte. quod uerriculũ
dicitur.

Verres latro quidam & deprædator patriæ fuit in
ſicilia uerres ris.inde uerrinus.

Verres nomen porci a uiribus dicitur priſc.hic uer
res ris pro porco appellatiuum.Nam eſt & pro
prium.

Veretrum dicitur ꝙ ſit tantum uiri:uel quia ex eo
uirus ideſt ſæmen emittitur.

Vergiliæ dictæ ꝙ poſt uernum oriuntur hæ bo
trys βοτρισ dicuntur a multitudine a græcis
pliades.in genu tauri.

Vergit:inclinat.occidit.occaſum habet.

Ver go gis uerſi abſolutũ & actĩ.

Veribus:uirgis ferreis. burdonibus.

Veredicus:uera dicens:uerttatis aſſertor.

Veru & uerubus utimur.

Vertit:mandat.ſcindit.uerro ris uerſi uerſũ & uer
ror.priſc.

Verriculum genus rætis piſcatorii a uerendo id
eſt trahendo dictũ.idẽ & tragũ.idẽ & ſagena.

Veritus:uerecundatus.timens.a ueror eris.

Veriſimile:probabile. credibile ſimilitudinẽ ueri
habet.

Veriſius dicitur portus.

Verris dicitur:ꝙ grandes uires habeat.

Vermiculũ rubrũ ſiue coccineũ eſt enim uermicu
lus ex ſylueſtribus frõdibus in quo lana tingit
quæ uermiculum appellatur.

Vermiculum tinctura a ſimilitudine uermis.

Vermico as.

Vermis eſt animal quod plærunꝗ de carne uel li
gno uel quacunꝗ re terrena ſine ullo concubitu
gignitur.proprie autem uermis ĩ carne putrida
naſcitur tinea in ueſtimentis:eruca in oleribus.
terredo in ligno tarmus in lardo.

Vermis nõ ut ſerpens apertis paſſibus uel ſqua
marum niſibus repit:ſed in directum corpuſculi
partes gradatim porrigendo contractas: contra
hendo porrectas in nodum replicat ſicꝗ agitatuſ
perlabitur.

Vermis ſignificat humilitatem aſſumpti hominis
a chriſto uel peccatum conſcientiæ.

Verna:ſeruus in domo natus.

Verna famulus.

Vernula ſeruus domi genitus uel nutritus.

Verna & uernula.cõis generis.

Vernalis:ſubdolus & ſeruilis:unde uernæ ſerui di
cuntur qui in domo naſcuntur.

Vernaculus:ſeruus. mancipium, famulus.

Vernacule familiaritatis.

Vernales a tempore uerno.ſicut autumnalis hye
malis.

Vernat:floret.uegetat.lætatur.creſcit.ſicut i uere.

Verno as.

Vernus dies:uernum tempus.ideſt pulcher flores uel in uere.

Vernoſus:annoſus:

Vero coniunctio.

Verpus dicitur impudicus digitus:quo iudæi fe runtur ſabbato ānum pugare : unde iudei uerpi dicuntur.

Verſat cogitat.uolutat.mundat.tractat

Verſatile:uibrabile.

Verſicolor uerſipellis q diuerſos mutat colores.

Verſificor aris deponens a facio cōponit & uerſus.

Verſipellis : ſubdolus callidus malicioſus dictus ꝙ in diuerſa uultum & mentem uertat.Inde uer ſutus & calidus.

Verſus non ſolum aduerbium ſed etiam præpoſi tio:ut galliam uerſus.Verſus retro cōuerſus incli natus. participium.

Verſus dicti ab eo ꝙ pedibus in ordine diſpoſitis certo fine moderantur per articulos:qui cæſa & membra nominātur: qui ne longius prouolue rentur:q̄ iudicium poſſet ſuſtinere:modum ſta tuit ratio unum reuerterentur.& abeo dictū uer ſum quod uertitur.huic adheret rythmus qui n̄ eſt certo fine moderatus:ſed tn̄ rationabiliter or dinatus pedibus currit.

Verſus uulgo dicti quia ſic ſcribebant antiq ſicut aratur terra a ſiniſtra ad dextram.a dextra ad ſini ſtram.

Verſutia:calliditas.contorta ſententia.

Verſutus:contortus callidus ſubdolus.ſubtilis. malicioſus.

Verſutus dicit̄ ꝙ eius mens in quolibet actu & ad quālibet fraude uertit̄:uñ & uerſutia dicitur.

Vertit:mutat.uoluit.euertit.

Verto tis ti compōitur ex eo auerto.cōuerto euer to.ſub.animaduerto. aduerto. preuerto reuerto & pene cum omnibus indubitabilibus compoſi tionibus. aduerſus ſum.ex aduerſo aduerſum: & uerticordia dea.deriuatur diuerticulum.diuer ſorium.uerſus. uerſiculus ideſt ordīatio litterarū quo uertimus ſtilum a fine ad initium uertigo uertex.uertunnus deus. uerticulus uerſutus .cō trouerſia.cōuertibil' cōuerſiuus. tergiuerſor aris.

Verto actiñ.inde reuertor. tor in una ſignificatiōe & preuerto preuertor ſimiliter uerſo ſimiliter acti uum.ex quo contrauerſor aris deponens.

Verto uerſus.uerſo as facit tamē euertito as. Item uerſor aris & aduerſor & tergiuerſor & auerſor.

Vertex proprie ea pars ē capitis qua capilli colligū tur & i qua cæſaries uertit̄:unde & dicitur.

Vertex maris.uertigo.cacumen.

Vertebra dicūtur cōcaua coxaꝝ quia in eis capita femorum uertuntur.

Vertibula ſunt ſumme oſſiū partes ideſt cardina leſ nodis groſſioribus cōglobatæ dictæ ita ꝙ ad inflexionem membrorum illa uertunt̄.

Vertigo eſt quotienſcunq̧ uentus con ſurgēs ter ram in gyrum globi mittit.

Vertigoſus gurges dicitur.

Verticula cardines.

Vertico as aui.

Vertunnus paganorum deus importationis.

Verruca porrum manus.

Verrucæ ſunt ſuperflua caro:unde uerrucoſum.i. ſuperfluum.Verrucæ ſatyriaſis.

Verrubius terebrum inſtrumentum:uerrunco as at.euellit.

Verrucaria hærba heliotropiū dicta ꝙ extinguat uerrucas.

Veruina genus iaculi longum:quod quidam ue rutum dicūt.

Veru.id eſt tranſfoſſorium: quo carnes aſſantur. inde uerutus.

Veruti gens ubi ferrum eſt ſolidum & productū dicti ꝙ uerubus pugnent.

Veruex aries dicitur a uerme quem habet in capi te:cuius pruritu cornibus appetit:uel a uiribus quod cæteris ouibus fortior ſit imo quia uerſam habet naturā cū ſit caſtratus.

Verus a ueritate:hic & uerax ior ciſſimus. ueritas. componitur ſeuerus.ueridicus.

Verus ad naturā ptinet:uerax uero q nō mētit̄.

Verus ide ueritas maior ergo eſt ueritas q̄ uerus

Væſanus:male ſanus.inſanus.uecors.furioſus:cui remedia poterunt ſubuenire.

Væſanio nis niui.

Væſce frondes ſiccæ & tenere Veſcum enim hoc proprium eſt.

Veſcum papauer id eſt pingue a ueſcēdo.nam eſt aliud quod nō eſt ad ueſcendum id ē letheum.

Veſcitur paſcitur uel manducat.priſc.

Veſcor deficit preterito.

Veſuuius mons campaniæ:qui fertur ardere in quo obiit uitā plinius ſecūdus hiſtoricus. Idem & ueſeuus de quo uirgil.in georgicis & uicina ueſeuo ora iuga eructans igne.

Veſica dicta quaſi uas aquæ in qua liquor colligit̄ ſicut in uentre cibus.

Veſolus mons galliæ ex quo padus fluuius orit̄

Veſpa animal exiguū uolatile aculeis uenenoſum de aſinoꝝ carnibus putridis naſci dicitur.

Veſpilio ſepulchrorum uiolator.

Veſpiliones foſſarii:qui mortuos ſepeliunt.

Veſper ris quando ſol uel luna nubibus tegūtur nocte uel die. hoc ueſpere indeclinabile ab ora nona uſq̧ ad occaſum.

Veſperū ueſperi cū ſole occidente dies deficit.

Veſperare ſole ſurgēte.hæ ueſpere rarū ipa officia.

Veſperus uel heſperus ē ſtella occidentalis:a quo cætera hæc nomina dicta ſunt.Commutātur tn̄ nā ueſper ſicut & ueſperū ꝓ fine dei ponitur.

Veſperus ſtella occidentalis : quā perhibent dictā a ueſpero hiſpaniæ regæ.ex quinq̧ planetis eſt noctem inducēs & ſole ſequēs fertur ꝙ hæc ſtel/ la oriens luciferū occidēs ueſperū faciat.

Veſperum eſt tempus oriente ſtella cui hoc nomē eſt.a ſtella ocidentali dicitur.

Veſperaſco dicitur quaſi a ueſpero as uel a ueſpe.

Veſperaſcit:ueſper incipit.ſero fit.ſic dicitur ſicut albeſcit ſeneſcit.

Veſperum ſerum.

Veſpertinum:ſerotinum.diurni finis officium dictum a ueſpero ſtella.

Veſpertilio:auis nocturna.ſignificat idola tenebris dedita.

Veſpertilio ꝓ tempore nomē accepit: eo ꝙ lucē fugiēs crepuſculo.i.ueſpertino circūuolet muri ſimilis ſpecie uolatilis ſimul & quadrupedes.

Veſta dea paganorū. uirgo dea ignis:cui ſeruiebant uirgines.

Veſta quaſi nomē ignis dea quæ celebratur romæ

Veſtales:diuinæ: ueſtæ uirgines in cuius templo ſemper erat ignis.

Veſtes dictæ ꝙ ſtatum hominis propriū uehant. inde ueſtimentum.componitnr ueſtigo as .ueſtigium.ueſtigarius dicitur ueſtio ueſtis.inde ueſtibulum.

Veſtes ſignificant hoīs membra:humanū corpus carnē uel eccłiam electos aut uirtutes.

Veſtes pleræq; aut a tempore quo maxime uſæ ſūt appellantur:aut a locis ubi uel primo confectæ uel maxime uærditantur:aut a uariatione coloris aut a nomine repertorum.quibuſdam autem nationibus ſua cuiq; propria ueſtis eſt ut parthis ſarabare:gallis linea:germanis rhēones:hiſpanis ſtringes:ſardis maſtrucæ.

Veſtiarius qui ueſtibus præeſt.

Veſtimenta ſignificant opera ut beatus qui uigilat & cuſtodit ueſtimenta ſua.

Veſtiplicia fœmina quæ ueſtes plicat.

Veſtire:induere.circundare.

Veſtimentum eſt quod uſq; ad ueſtigium protenditur quaſi ueſtigimentum ut eſt tunica talaris: ſed hoc auctores confundunt.Indumētum uero eſt quod intus ad corpus inducit͛. Amictus autē ueſtitus diſcernitur a cultu quoniam cultus latius intelligitur.Item cultus ab habitu. Nam habitus ad res pertinet.cultus ad homines.

Veſtibulum primus introitus domus locus ante fores qui dicitur porticus.

Veſtibulum uel aditus domus priuate uel ſpatiū adiacens ædibus publicis dictum ꝙ eo ueſtiant͛ fores aut ꝙ aditum tecto ueſtiat aut a ſtando.

Veſtibulum a ueſta uel ueſtit.

Veſtigia ſunt pedum ſigna primis plantis expſſa quod his uiæ per[illegible] inueſtigantur ideſt agnoſcantur.

Veſtigia:ſigna.imago.curſus.

Veſtigat:inquirit.

Veſtigare:quaſi beſtias agere.ideſt ſequi pedum ſignis uel aliis.

Veſticeps:pubeſcēs.

Veſulus mons liguriæ.

Vetat:prohibet arcet.ſubmouet.

Veto as ſecundū priſc:uetui uetitum.perſius uero uetauit dicit.

Veteranus:antiquitus.ueſtus.

Veterauit:antiquauit.

Veterani milites qui in uſu prælii non ſunt poſt multos militiæ labores qui & ſuffragium cōſequūtur.idem ſunt emeriti.

Vetero as.inde ueteraſco.

Veteratus:antiquus.

Veteramentarius qui uetera componit.

Veterator:tergiuerſator.inſidiator.fraudator.callidus.inſidioſus

Veternum eū quidam morbꝰ intercutaneus ꝗ reddit hominem pallidum quaſi mortuum.

Veternum: otium. pigricia. Nam dicitur morbus intercutaneus:qui facit pigrum hominem.

Veternoſus:uetuſtus.annoſus.

Vetula:mulier anus quaſi uetuſta .dicitur etiam uetulus a um.

Vetus annis enumeratur antiquum uero ſæculis hic & hæc & hoc uetus uel ueter antiquitus ueteris.inde uetuſtas ueteranus a um.uetuitus . ſimus.ueteranus uetereo es . ueteretſco . uetero as ueteraſco.inueteratus.ta:tum.

Vexat laniat . corrūpit.

Vexatus.ideſt portatus.Nam ab eo quod eſt ueho uexo deriuatur.

Vexillum a uehendo dictum ideſt portando.

Vexillum ſignum eſt bellicum dictum a belli diminutione quaſi belli ſignum.

Vexillum diminutiuum a uello.

Veni antea uini poſt a rege ſuo albares dicuntur.

Vi lapis qui naſcit͛ ī æthiopia uiridis & lacteus.

Viare.iter facere.abulare.inde uiātes & uiatores.

Via eſt qua poteſt ire uehiculum.dicta a uehiculorum incurſu.nam duos actos capit propter euntium & uenientium uehiculorum occurſū.

Viaticum ſumptus in uia.

Via eſt quæ uehiculo utit͛ ut legitima quæ eſt pedum.viii.Semita uero duorum pedum eſt:ut occurentes tranſire non poſſint.

Vibex plaga ex uirga.cæſio plagarum.priſc. hæc uibex ſicut hæc carex.

Vibice producit antepenultimam & penultimam fœm̄ perſius ponit.

Vibex:pugna.

Vibrat:micat.fulget.aut cōcutit criſpat.

Viburna:humilia uirgulata.ſylua minuta.

Viburnum: genus ligni minutiſſimum. geneſta moliſſima.

Vicatim:uiciſſim.per ſingulas uices.uel per uicoſ aut per ſingulos.

Vicatim:caſtellatim.oppidatim.

Vicem & uice duorum caſuum.

Vices alternationes.ſiue multæ congreſſiones.

Vicis uici cem ce.inde dicitur uicarius uiſcim.ūde uiciſſitudo.componitur inuicem ad inuicem͛. & uitricus.i.uice patris cuſtos.

Vici caſtella & pagi ſunt qui nulla dignitate ciuitatis honorantur ſed uulgari hominum cætu incoluntur & pro paruitate ſui maioribus ciuitatibus attribuuntur.

Vicus aūt dictus ab ipſis tm̄ habitationibus uel quod uias tm̄ habeat ſine muris.uel ꝙ ſit uice

ciuitatis:licet uici dicitur ipſe habitationes urbis.
Vicia leguminis genus dicta ꝙ uix ad triplicem proueniat fructũ cum alia legumina prouentus habeant fertilitatem.
Vicia herba uictorialis dicta a uica ideſt uictoria antiquitus.
Vicia dicta quod ad modum uitis hæreat. quere i uitia.
Vicinia eſt locorum proximitas uicinitas uero regio unita.
Vicinus & uicina quaſi uico nati.
Viciſſim:alternati. mutuo. ꝙ ſibi inuicẽ ſuccedũt.
Viciſſatim:ſubinde uiciſſim.
Viconium & ciſtifer nomina ſunt metallorum.
Victitantes:uiuentes quaſi a uictu.
Victo as.& ide uictito as.
Victi cõpos:uictoriæ uota adeptus.
Victima dicitur quæ dextra uictrici mactat̃ que etiam poſt uictos hoſtes cæditur.
Victima apud ueteres ſacrificiũ poſt uictoriam.& erat maius q̃ hoſtia. Alii dicunt quia ictu pcuſſa cadebat:uel quia uincta ad aras ducebatur.
Victimo immolo.
Victor a uincendo.
Victoria dicta quia ui ideſt uirtute adipiſcatur.hoc eſt enim ius gentium ui propellere hoſtes.nam turpe erat dolo.
Victorioſus:uictoria plenus.
Victorioſa:uictoria digna.
Victrix uerbale nomen quia poteſt eſſe cõe cum neutris ſicut ultrix:unde uictricia & ultricia tã in e q̃ in i faciunt ablatiuum.
Victus tus proprie dictus:quia uitam retinet.
Vicus caſtrum ſine munitione murorum.
Vicus ipſæ habitationes urbis ſunt:unde & uicini dicuntur. Viæ autem ipſa ſpatia anguſta: quæ inter uicos ſunt.quarũ ꝑpetuas ac latiores plateas nominamus.
Videlicet:nimirũ.quippe.certe:prorſus.ſcilicet:uere enim uidere.licet.
Videmus natura:aſpicimꝰ uolũtate:ituemur cura.
Video es uidi uiſus:unde frequentatiuum uiſo as & deriuatur uiſo is deſideratiuum.i. deſidero uidere:ſicut & cætera facio faceſſo:capio capeſſo.
Video es.inde dicitur uiſus ſus.uiſio.uiſibilis.uiſibiliter.
Viſo as reuiſo as.unde uiſito as.tor.ticio.cõponit̃ euideo ꝓuideo ꝓuidus.ſicut inuideo inuidus a um.inuidioſus ꝓuideo.auidus.
Videor a te paſſiuum.priſc.
Videor eſſe bonus abſoĩ.
Vidua:quæ duos uiros habuit.
Vidua dicta quaſi a uiro diuiſa nec circa conſortiũ alterius uiri poſt mortem primi coniugis adhæſerit.Nam quæ alteri poſt priorem nupſerunt:uiduæ non dicuntur.
Viduata:deſolata.nudata.
Vienda.flectenda & modulanda carmina.
Vietus euacuatus.
Vietum:incuruũ.flexũ:unde uietos uocauerunt ligna rotarum:quæ cantu ambiũtur.
Vigent:fortes ſunt ualent.
Vigere apud antiquos pro uincere ponebatur.
Vigeo ges uigui:inde uigor.
Vigentes uirtute pleni floridi q̃ſi uim agentes:
Vigilare:cuſtodiam adhibere circunſpicere.
Vigilare pro non dormire quaſi ad uidendum agilis uel excubare:& cuſtodire.
Vigil:cuſtos.nocturnus uiſu agilis.priſc.cõe.
Vigilo as.tio bilis.uigilatus uigilantia uigilanter.
Vigil uigilia.cõponitur ꝑuigil euigilo ꝑuigilo
Vigilia.cura.cupiditas. preſeruãtia. labor.
Vigiliæ:excubiæ.ſtationes. uices.
Viginti q̃ſi decem bis geniti.u. pro b.poſita.hi & hæ & hæc uiginti indeclinabile.inde uigies uiceni.uiceſimus.uigetuplũ.uicenus.a ũ.
Vigor fortitudo.firmitas.
Villa a uallo ideſt aggere terræ.uel foſſa dicta:ꝙ ꝓ limite conſtitui ſolet.nam antiqui anteꝗ̃ haberẽt ciuitates uallũ ideſt munitionẽ faciebant ex paliſ & foſſa.
Villicat uillam agit.uillici officiũ exercet.
Villico cas & uillicor idem ſignificabant antiquitus.& dicitur a uillicus.
Villicus diſpenſator uel gubernator.
Villicus proprie eſt gubernator:unde a uilla noiat̃ Interdum ãt uillicus non gubernationẽ uille ſed diſpenſationẽ uniuerſæ domus. tullio interpretãte ſignificat quod eſt uniuerſarũ poſſeſſionum & uillarũ diſpenſator.
Villicus uilis rei cuſtos dicitur.
Vilis a uilla dicitur nullius urbanitatis eſt.
Vilis abiectus diſpectus.
Vilis ior ſimus uilitas.hic hæc uilis & hoc uilæ
Villi a uelãdo dicti unde uilloſus a um.hic uillus.
Villus qui dependet & longus eſt.
Vellus uelleris ouis eſt.
Velũ cortina.
Vimen uirgultũ molle dictũ ꝙ uim multã habeat uiroris natura enim talis ẽ ut ſi etiam areſacta abluatur uireſcat.deinde exciſa:ac in humo fixa radicibus ſe ipſa dimergat.
Viminalis mons in urbe roma a uiminibus.
Vinatia ſũt q̃ remanẽt in uuis qñ premunt̃ a uino.
Vincere:ſuperare.ſubiugare.uim iniicere.
Vinco uincis uici uictus uictori uictoria.componitur inuictus inuincibilis inuictiſſimus.componitur deuinco & conuinco.
Vincire:ligare.innectere.nodare.arctare.
Vincio cis xi.uincior uinctus uincibilis uinculum componitur deuincio conuincio.
Vincla per ſyncopam uincula ideſt alligationes ligamenta cathænæ.
Vincula a uinciendo ideſt artando dicta eo ꝙ ſtrigant atꝗ̃ retineant.uel quia uigilant.
Vinctum ligatũ & conuinculatũ dicimus : uictum uero ſuperatũ. Itẽ uinctus etiam per ſ ſignificat: impeditus uero ex aliquo ligatus.Item ligatus a prioribus hoc diſtat ꝙ non uinctum tamen ſed etiam qualiter uinctum indicat.

&

Vinculatus:ligatus.
Vindemia ſignificat finem ſæculi.uel in populo uī dictam.
Vindemia uinæa demptio ideſt uuarum collectio Inde uindemio as.
Vindex:defenſor.propugnator.cuſtos a uindico as ſicut iudex a iudico.
Vindex cis commune.
Vindicabile:paſſibile.
Vindicat.ſupplicio dānat.morti dat.ulciſcitur.
Vindicat aliquis cum a periculo liberat. ulciſcitur uero cū ille mala ſit paſſus.
Vindicta:punitio.pœna ſupplicium.
Vindicta eſt uirgula quædam quam lector manu mittendi ſerui capiti imponens eundem ſeruum in libertatē uindicabat dicens quædam uerba ſo lennia.unde uindicta uocabatur.
Vindiculus eſt fluuius ab extremis galliæ erūpēs iuxta quem habitaſſe ex eo traxiſſe nomē uanda li perhibentur.
Vinea eſt locus ubi plantātur uites.& ueſtitur. ui ridantibus pampinis: uieta uero loca diuerſis ui neis conſita uel uinetum pro uitetum ad ſimili/ tudinem uineæ.
Vineæ machinamentorum genera:quæ fiunt in modum turrium:ac rotis dicuntur in quibus aſ cendunt milites & muros expugnant.
Vinea ſignificat eccleſiā.uel populū iſrael & ī malo.
Vinitor:uineæ cuſtos.
Vinnius mons hiſpaniæ.
Vinolentus qui ſatis bibit & difficile inebriatur.
Vinum dictum ꝙ potatum uenas ſanguine cito repleat.hinc aliqui ꝙ nos cura ſoluat lyæum ap pellant.ueteres uinum uocabant uenenum. ſed poſtq̄ inuentū eſt uirus letiferi ſucci hoc uinum illud uenenum ē dictum.uini genera ſunt diuer ſa:aut qualitate ut merum.roſeum.album ſucci/ natum a calore ſuccinæ gemmæ:limpidum.liqui dum.turbidum muſtū ꝙ ex lacu ſtatim ſublatū eſt a loco:ut falernum:aut a uaſe proprio quo po tatur:ut colathum:aut a uilitate ut ſpurcum .cru dum:aut a generoſitate.ut honorarium: quod ē potentum.uinum ſobriæ potatū ſanitatē dat & auget prudentiā.Immoderate ſumptum ad ui/ tia [illegible] dat.deus ergo creaturam dedit: abun dantiā humāo arbitrio reſeruauit:ut parſimonia naturæ eſſet in magiſterio ſobrietatis. abundan tiæ naturam lapſūq; temulentiæ ſibi aſcriberet humana conditio.
Vinum [illegible] diminutiuum priſc.
Vini genera lyeum:amineū.gazeū infertum.acetū conditū.lac[illegible] mulſū.momellū.promellū. fac catū.oxymellū.rhodomellū mellicratū paſſū.care nū.ſiccera.corcitus.ſex. garū liquamen ſalſugo & cætera quæ præmiſſimus.
Viole.flores.hærbe purpureæ.
Viola ideſt lentia. huius herbæ tria ſunt genera: purpurea.albida & ſubnigra.ideſt mellina.
Viola propter uim odoris nominatur.
Violarum ubi uiolæ:ſicut roſarium ubi roſæ.
Violaces colorem uiolæ habens uel quaſi diminu tiuum.
Violat:corrumpit:contaminat.polluit.uim facit.
Violentus:ualidus dictus quia uim infert.uæhe mens.immoderatus.
Violentus ior tiſſimus.
Violentia:uis illata.
Vipera genus ſerpentis nequiſſimum ſignificat diabolum uel eius miniſtros.
Vipera dicta ꝙ ui pereat uel pariat.Nam cum uen ter eius ad partum intumuerint:catuli non expe ctantes maturā naturæ ſolutōnem corroſis eius lateribus ui erūpunt:ferť autem ꝙ maſculus ca pite in os uiperæ ſemen expuat.illa autem ex uo luptate libidinis in rabiem uerſa caput maris ore receptum præcidit. Sicq; ambo pereunt.exuī pera uero fiunt paſtilli qui tyriaci dicunť græce.
Viperinus pullus dicitur.
Vipereus a ſimitudine ſerpētis uel contra dici pōt.
Vir dicitur a uirtute:ut mulier a mollicie.
Vir dictus ꝙ in eo maior uis eſt q̄ in fœmina: ſiue ꝙ ui agat fœminam:ꝙ ſcilicet ſibi datum eſt ne fœminis repugnantibus libido cōpelleret uiros in alias uel in alium ſexum proruere.uir quattu or modis ī telligitur.ſexu quo naſcitur:ut maſcu lus ſit lege qua maritus ſit.ætate qua tranſit a pu ero ad iuuentutem.animo ut fortiſſimū aliquē dicimus uirum.
Vir primitiuum eſt.poteſt tñ a uireo eſſe. appella tiuum eſt:& ſignificat corpus animale. deriuatur ab eo hic & hæc uirilis & hoc uirile uirilitas. uir tutem quoq; quidam uolunt inde deriuari & ad uerbium uiritim.componitur ſemiuir duumuir triumuir:quinqueuir:ſeptemuir. decemuir.cētū uir .milleuir urbius.uidua biduanus uiripotēs uirago & uirgo:uir illuſtris uir deuotus uir ma gnificus.uir ſpectabilis.
Virago fortiſſima fœmina dicta ꝙ a uiro ſit ſūpta.
Virago dicta ꝙ uirę agat ideſt opera uirilia faciat Quæ uero nunc fœmina.antiquitus uirago uoca cabatur ſicut a ſeruo ſerua:ita a uiro uirago hinc & uirgo ut quidam putant.
Virbius bis uir ſicut qui reſuſcitať.hyppolytus di ctus eſt uirbius.
Vireta loca hærbis & uirgis uiridiſſimis plena.
Virens:nemoroſū.uiride.amœnū.
Viret:uiridis eſt:uim retinet.uirēdo ſurgit.
Vires non habet ſingulare & facit in ium ſicut ſi/ milia:uirium pluriū.priſc.
Vires dictæ quaſi uirides propriæ ſūt corporis.Na uirtus animi.
Vireſcit:ſurgit confortatur.priſc.
Vireo inde uireſco.uirga uirgula uirgultum uiri ridis ior ſimus.uiriditas.uiridarium uermis uer no as.
Virga uel a uirtute dicitur ꝙ uim multa in ſe ha/ beat uel a.uiriditate.uel quia pacis indicium eſt qd regat.unde hac utruntur magi ad pacādos in ter ſe ſerpentes & idcirco in ea hos ſuſtinent illi gatos.hac ēt pħi reges magni nūcii & legati utū

tur.
Virga ſignificat diſciplinã quaſi ad gregẽ ouiũ baculus uero ad maiores.
Virga ferrea ſignificat iuſtitiã inflexibilem.
Virgæ ſunt ſummitates frondium arborumq: dictę ꝙ ſint uirides.uł ꝙ ui hẽant arguẽdi:q̃ ſi lenis fuerit uirga eſt:ſi nodoſa & aculeata ſcorpio.
Virgiliæ ſtellæ.
Virgo a uiridiori ætate dicta eſt:ſicut uirga & uitula.alias ab incorruptione quaſi uirago: quod adhuc ignoret fœmineam paſſiõem.eſaie.vii.dicit Ecce uirgo concipiet ubi dicit.Hiero.in hebræo ahalma poſitũ ẽ.hoc uerbũ iudæi opponunt non uirginẽ ſonare ſed adoleſcentulam:& re uera proprie uirgo uthula dicitur:adoleſcentula uero uel puella non ahalma dicitur ſed rebara quod igiť ſignificat ahalma niſi abſconditam uirginæm & ſecretam.i.non ſolum uirginem ſed cum epithaſi uirginem quia non omnis uirgo abſcondita eſt nec ab hominum ſeparata conſpectu ſicut rebecca ahalma legitur ideſt uirgo ſecreta & nimia parẽtum diligentia cuſtodita aut certe oſtendatur ubi hoc uerbo appellentur & nuptæ:& imperitiam confitebor.
Virgo ſextum ſignum dicta quia cũ ſol ad hoc ſignum uenerit terra nil parit ſicut uirgo.
Virginalis.uirginis aliquid.
uirginitas ipſa uirtus uirginis caſtitas.
Virginia uirgo fuit pulcherrima filia uirginii conſulis quæ uim paſſa iuſſa eſt a patre occidi ſpõte.
Virgilius a uirga dictus.tres pcipue in ſcribẽdo poetas ſecutus eſt.Theocritum in bucolicis.heſiodum in georgicis.homerum in eneide.xxviii.ãno cæpit ſcribere.mortuus eſt li.
Virgultum proprie dicitur quod de radice arboris pullulat & quaſi inutile ab agricolis amputať & hinc dicitur uirgultũ ꝙ ex uirga tollitur.nam ramus dicitur qui de ipſo robore exit uirga uero quæ de ramis.
Viriacus dux hiſpaniæ qui primo paſtor: mox latro.pẽ ſtremo hiſpanos contra romanos excitauit ſed a ſuis metu interficitur.
Viridis ui & ſucco plenus:hærboſus.amœnus robuſtus.
Viride lignum:uirens uero campus uel pratum.
Viridantes uirorem præſtantes:
Viridis ior.ſimus ditas.a uireo.hic & hæc uiridis & hoc uiride.
Viridarium dř ubi ſunt uiridia:ſicur roſariuũ ubi ſũt roſæ.
Virilis a uiro fortis.rigidus.inde uiriliter.
Viriſſat.uiriliter ſapit uiriſſo as.
Veriteum:genus potionis.
Viritum penuł proď.horatius.noĩatim ſingulatim per unũquenq; uirum fortiter.
Viror oris uiriditas.
Viror flos.
Viroſa pectora fortia a uiro.
Viroſa uenenoſa a uirus.
Virtus eſt habitus bene cõſtitutæ mẽtis.ad animũ mum refertur.huius ſpecies ſunt fortitudo patientia humilitas prudentia.
Virtus ex eo uocata:ꝙ ſuis uiribus nitens non ſuperetur aduerſis.
Virtus dicitur a uiro Auguſtinus.priſc.
Virtus pro ipſa dea proprium.
Virtus eſt Immenſitas uirium in labore & pondere corporis.
Virtus & fortitudo differunt.Nã uirtus in aĩ uigore & in habitu ẽ:fortitudo uero una ex eius quattuor ptibus licet corpis robur fortitudo dicatur.
Virtus ponitur pro ſapientia.Interdum etiam pro prudentia.
Virtus eſt aĩ habitus nature moderationi conſentaneus.hæc habet partes quattuor.prudentiã iuſticiam:fortitudinem:temperantiam.prudentia eſt rerum bonaꝝ & malarum utrarumq; ſcientia.partes eius memoria:intelligentia:prouidentia.Memoria eſt per quam aĩus repetit illa quæ fuerunt.intelligentia ẽ:per quã ea proſpicit quæ ſũt.prouidentia eſt:per quam futurum aliquid uidetur ante q̃ factũ eſt.Iuſtitia eſt habitus aĩ cõi utilitate ſeruata ſuã cuiq; tribuens dignitatem.Eius initium eſt a natura profectũ:deinde quædam in conſuetudine ex utilitatis ratione uenerunt:que etiam probata poſtea legum metus & religio ſanxit.Naturæ ius eſt quod non opinio genuit:ſed quædam innata uis inſeruit:ut religionem pietatem.gratiam uindicationẽ.obſeruãtiã.ueritatẽ.
Religio ẽ quæ ſuperioris cuiuſdã naturæ ideſt diuinæ curam cerimoniãq; affert.pietas ẽ per quam ſanguine coniunctis patriæq; beniuolens officiũ & diligẽs tribuitur cultus.Gratia ĩ qua amiciciaꝝ & officioꝝ:alterius memoria & alterius remunerandi uoluntas continer.uindicatio p q̃ uis iniuria & oĩo oẽ qđ obfuturũ ẽ defẽdẽdo aut ulciſcẽdo propulſať.obſeruantia per quam homines ali qua dignitate antecedentes cultu quodam & honore dignantur.ueritas per quam immutata ea que ſunt aut fuerunt aut futura ſunt dicuntur.
Conſuetudine ius eſt quod aut leuiter a natura tractũ aluit & maius fecit uſus ut religionem & ſiquid eorum quæ a natura in conſuetudinẽ ante diximus deueniſſe.aut quod in more uetuſtas uulgi approbatione perduxit q̃ł genus pactũ eſt.par:iudicatũ:pactũ ẽ quod inter aliquos cõuenit.par qđ in oẽs æquales ẽ iudicatũ de quo alicuius aut aliquorũ iã ſẽtentiis conſtitutum eſt.lege ius ẽ quod in eo ſcripto quod populo expoſitũ ẽ ut obſeruet cõtinetur fortitudo eſt conſiderata periculorum ſuſceptio & laborũ ppeſſio eius ptes ſť magnificẽtia:fidẽtia patiẽtia pſeuerãtia magnificentia ẽ rerũ magnarũ & excelſarum cum aĩ ampla quadã & ſplendida propoſitione cogitatio & adminiſtratio fidentia.per quã magnis & hõeſtis in rebus multũ ipſe animus in ſe fiduciæ certa cum ſpe collocauit patientia honeſtatis aut utilitatis cauſa rerum arduarum ac difficilium uoluntaria ac diuturna perpeſſio.perſeuerantia eſt oratione bene conſiderata ſtabilis & perpetua

permanſio.temperãtia eſt firma & moderata dominatio rationis in libidinem atq; alios non rectos impetus animi.eius partes continentia : clæmentia modeſtia.Continentia eſt per quam cupiditas.conſulti gubernatione regitur. Clæmentia per quã animi temere in odium alicuius illecti concitatiq; comitate retinentur . modeſtia p quã pudor honeſtus clarã & ſtabilem comparat auctoritatẽ:Hæc ãt omnia pp ſe petenda ſunt : quæ & honeſta ſunt.propter ſe autem uitanda ſunt non tantũmodo his contraria:ut fortitudini ignauia: iuſtitiæ iniuſtitia.uerum etiam illa quæ propinqua uidẽtur & finitima eſſe:abſunt autem longiſſime. Quod genus fidentiæ contrarium eſt diffidentia & ea re uitium eſt audatia non contrariũ ſed appoſitum ac propinquum.& tamen uitium eſt.ſic unicuiq; uirtuti finitimum uitium reperietur aut a certo iam nomĩe appellatum ut audatia quæ fidentiæ pertinatia quæ perſeuerantiæ finitima eſt.ſuperſtitio q̃ religioni propinquia eſt :aut ſine ullo certo nomĩe. Quæ omnia uti contraria rerum bonarum in rebus uitandis reponentur.

Virtus eſt coſentiens cum ratione & perpetua conſtantia huic nihil addi poteſt quo magis ſit uirtus:nihil demi ut uirtus relinquatur.ſic in delictis nullum diſcrimen.Nihil ne igitur inter patrem necare an ſeruum:nuga igitur iſta ſi ponas: iudicare qualia ſint:non facile poſſum.parẽti enĩ uita nonnunquã ſine ſcelere adimitur:ſeruo non Cauſa igitur hæc non natura diſtinguit:nã ſi fit iniuria in ſeruo ſemel peccatur:ĩ patre multa peccantur.uiolatur enim qui creauit aluit nutriuit.

Virtutes mediæ dicuntur aphis ĩter plus minuſue locatæ uerbi gratia quattuor principales. Iuſtitia inter πλεονεξίαν pleonexiam & mionexiam.fortitudo inter timiditatem & audaciã . prudentiam inter calliditatem & hebetudinem. Temperantia ĩter luxuriam eneruatorum & ĩ ſẽſibilitatem pecudum.

Virtutes angelica quidem miniſteria perhibentur per quos ſigna & miracula in mundo fiũt.propter quod & uirtutes dicuntur.

Virus proprie humor fluens a natura uiri ideſt ſæmen.unde & ueretrum dictum eſt.

Virus a ui dicitur q cor penetret.

Virus uenenum iracundia fel . priſcia . hoc uirus indeclinabile.ſed antiqui uiri & uiro ad ſecũdã du[illegible]ant.

Vi[illegible]lenta.uenenata.

Vi[illegible]le.uenenum.

Vis uiolenta uirtus poteſtas.

Vis plus ſignificat.quã multitudo.

Vis pro uirtute & uiolentia ponitur.

Vis eſt aĩ & corporis potentia:uirtus uero aĩæ.

Vis in eo conſiſtit in quo conſideratur quid unaquæq; res poſſit efficerẽ uelut artifex efficiens.materia immota : qui non idiget & qui indiget:que in noſtra ſunt poteſtate ut uirtus & q̃ non ut diuitiæ.

Vis eſt uirtus poteſtatis per quã cauſa ſiue res uel augetur uel extorquetur.

Vis priuata eſt.ſiquis ante iudicium.armatis hominibus quenq; a ſuo deiecerit uel expugnauerit.

Vis publica eſt: ſi quis ciuem ante portionales populum uel iudicem uel regem appellantem necauerit:uerberauerit uel uinxerit.

Vis huius uis.cuius plurale uis inuenitur.

Vis uim ui dicitur: inde uir cum ſuis cõpoſitis.& deriuatur uireo res.inde uireſco.uirga.unde uirgula uirgultũ.uirides.ior.ſimus uiriditas.uer ueris;unde uernus na num.& uerno as.uiror uiridarium.componitur uireſco.A ui uirus indeclinabile.unde uiroſus componitur uirulentus . componitur uiolentus ior.ſimus tia.lenter.

Violo as.lator uiolatio uiolabilis.deriuatur uinco cum ſuis.uipera & uicium.

Viſcus uiſceris caro.hoc uiſcũ uiſci glutẽ aucupũ.

Viſcera non tantũ ſunt inteſtina.ſed quicquid ſub corio eſt a uiſco quod eſt inter cutem & carnem Item uiſcera circunfuſa cordi loca quaſi nitida eo q ubi uita & anima contineatur.Item uiſcera capita neruorũ ex ſanguine & neruis copulata.Itẽ & tori q illic torta uiſcera uideantur.

Viſcus generis maſculini plautus fecit:dictus a ſimilitudine uiſcerum.

Viſcus ſpecies eſt arboris.unde & uiſcum cõficitur neutri generis quod putridũ dicitur.in quo errãt aues ad eſcas deſcendentes.Siquidem & de hærba fit:quæ uaſcarago dicitur:dictum autẽ uiſcum quia glutioſum eſt.

Viſere:uſitare.uidere:cupide intueri.

Viſo is deſideratiuum ideſt deſidero uidere a uiſu uiſo uiſis uiſi uiſens.

Viſitur paſſiue boetius protulit.

Viſiones nocturnæ:imagines.fantaſiæ

Viſio ſpecies ſomnii.cum ſicut in ſomno reuelatũ eſt.uigilanti declaratur:ſicut uidere amicũ quem ex longo non uiderat.mox ſurgens ſibi obuiat.

Viſpilio foſſarius mortuos ſepeliens.

Viſpiliones dicuntur baiuli uel nudatores cadauerum.

Viſus dicitur quod uerior ſi cæteris ſẽſibus ac præſtantior & uelocior ampliuſq; uigilat quantũ memoria inter cætera mentis officia uicinior eſt enĩ crebro:unde plurima manãt:ex quo fit ut ea que ad alios pertinent ſenſus generaliter quodã mõ habeat uelut iudicium cũ dicimus uide quomõ ſõnet:oleat:ſapiat caleat.

Viſus eſt intimi oculorum ignis & exrerioris in unius corporis ſpeciem cohærens ſẽſus cũ aliud tangũt uel ab alio tangũtut qui tactus per corpus uſq; ad animam ſe porrigit.

Viſum.ſomnium.oſtentum. priſc.

Viſum neutri generis ſicut dictum.

Vita dicta propter uigorem uel q uim teneat uiuendi naſcendi atq; creſcendi.unde & arbores uitam habere dicuntur:quia gignuntur & creſcunt

Vita anima.

Vita a uiuo deriuatur a uita uitalis uitalia.

Vitat:declinat.cauet.effugit.
Vito as atio uitabilis.componitur deuito inuito.
Vitare.eſt quicquid contra uitam eſt declinare.
Vitabundus ſimilis uitanti.
Vitæ dictæ ꝙ uincant:quibus crines inectuntur: fluenteſq; ligantur capilli.tocina autem extremitas uittarum dependes diuerſorum colorũ.Item qua corona uincitur.
Vitia leguminis genus dicta quod hæreat inſtar uittæ ligantis.
Vitia dicta quod petant uſũ & uinciãt uelut uittæ.
Vitia apud grammaticos illa dicuntur:quæ in eloquio uitare debemus.ſunt autem hæc barbariſmus.ſolœciſmus acyrologia.cacephatũ.pleonaſmos.periſologia.macrologia.tantologia.eclipſis tapinoſis cacoſintheton.ãphibologia.
Vitia ideſt peccata nihil ſunt:ſed priuatio bõi hoc nomẽ accepit:quorum auctor diabobus eſt.
Vitium.peccatum.dedecus.macula.
Vincella hærba eſt:quæ ſicut uitis quæq; proxima habet uinciendo circumligat.
Viciosſus:uanus.friuolus.ineptus.
Vitis dicta ꝙ uim habeat citius radicandi uel in uicem ſe innectat.uiciniſq; arboribus reptando uiciatur.
Vitis uſum primus noe inſtituit.apud græcos aũt liberum repertorem appellant:genera uitiũ multa ſunt quæ tamen mutationem loci qualitatem & nomina amittunt.
Vitium genera ſunt.mitymeæ.taſiæ: mareotides ſcytiæ.lageos:purpurea:præcia.rhetica:falerna aminea.argitis minor.rhrodia.bumaſte.
Vitis ſignificat chriſtum & in malo:hæc uitis.uitis inde uinea uinum.quod dicitur quaſi uitæ natũ unde uillum uinctum.uindemio ideſt uinum demo.uidemiator.uindemiabilis.uindemia.
Vitricus.ſecundus maritus.
Vitricus qui uxorem ex alio uiro filium aut filiam habentem ducit.
Vitricus quaſi nouitricus ꝙ a matre nouus ſuperducatur.
Vitrum dictum ꝙ in lui perſpicuitate tranſluceat. In aliis enim metallis quicquid intus eſt latet.in uitro quilibet liquor uel ſpecies qualis eſt interius.talis exterius declaratur.
Vitrum in fœnice prius inuentum eſt a mercatoribus nauigantibus in uelo fluuio.accenſis.eni glebis mox harenas tranſlucentes conſpexerunt mox ingenioſa ſollertia non his contenta eſt ſed aliis mixturis cõfecit.coquitur enim adiecto cypro ac uitro tingitur & multis modis obſcianus lapis uitro annumeratur.eſt enim interdum uirens & niger fertur uitri tempetramentum flexibile a quodam eſſe excogitatum:quẽ cæſar mox decollari iuſſit.
Vitrum ſignificat puritatem cordis quæ claret in uicem in cælis.uel puritatẽ fidei quæ ore & opere aperit.
Vitula & uitulus a uiridi ætate dicti ſũt.uel ab eo ꝙ ſicut uirgo parua ſit & nondum enixa.nã enixa iuuenca uel uacca dicitur.
Vitulus ſignificat chriſtum uel innocentẽ:& in mala parte quenq; luxurioſum.
Vitumnum & ſentinum deos eſſe pagani putauerunt:quorum unum uitam:alterum ſenſum largiri finxerunt.
Vituperat:contumeliis afficit:uitio æquiperat.cõponitur ex uitio & parat.
Viuax:firmus.robuſtus.diu uiuens.
Viuaria loca ubi piſces uiuunt.
Viua aqua quæ de fonte & manans excipitur.
Viuidus.ualidus.fortis.animalis.rubicundus.
Viuida.uia inclinata.
Viuit de uita dicitur.
Viuo uiuis uixi uictum a ui a uireo dicitur inde uictus uictus uictiına.uictito as.uita.unde uitalis: uitalia:uiuax.uiuens.uiuidus cõponitur reuiuo conuiuo:unde conuiuium.conuiuor.aris dicit. uiuus a um:componitur uiuifico as & uiuificus.
Viuo uiui ueho.
Viuus:incolumis.ſanus.integer.itactus uegetus.
Vixet pro uixiſſet ponit Virgilius.
Vix:difficile.tandẽ.aliquando.
Vlla.aliqua.diminutiuum ab una.
Vlai nomẽ loci ſiue portæ in ſuſis ſicut in troia orphea porta.
Vlai interpretatur palus ſiue dolor femoris.aut dolor umbraculi.
Vlciſcitur:punit.uindicat.dãnat.
Vlciſcimur iniuriã factã:u indicamus uero ne fiat.
Vlciſco & ulciſcor ultus idem ſignificabat antiquitus priſc
Vlcus quod naſcitur in cute putredo ipſa.dictũ ꝙ oleat:uulnus uero quod fit fereo uel fuſte exterius.
Vlcus ceris.inde ulcero as.
Vlcerariũ.marrubium.
Vliginoſus agerẽ qui ſemper uiget.humidus uero dicitur qui aliquãdo ſiccatur:uligo eni humor terræ eſt naturalis nunquã recedens.
Vliginoſum:humidũ.pinguæ.fæcũdũ.
Vlmus genus arboris dicta ꝙ uliginoſis locis & humidis melius proficiat.
Vlmus propriũ fructũ non habet:portare tamen uitẽ cum fructu ſolet:ſignificat ſæculares uiros q ſpũales uiros ſuſtentãt:quãuis ipſi ſpũalia dona non habeant.
Vlna barchiũ aut foſſa aut inferi.
Vlna ſecũdũ quoſdã utriuſq; manus extẽſio ẽ ſecũdum alios cubitus.quod magis uerũ eſt quia olenos græce brachiũ dicitur.
Vlpidũ quod alii odorẽ habet cũ uino tritũ calculoſis prodeſſe dicitur.
Vlta:uindicata.
Vltus qui uindicauit.
Vltatus :dãnatus.
Vltio.uindicta punitio.
Vltor facit ne ĩpune ſit facta iniuria.defenſor uero curat ne fiat iniuria.
Vltrices diræ deæ apud paganos erant omnia.ab

ulciſcor.
Vlterior q magis ẽ ultra:hic & hæc ulterior & hoc ulterius ab ultra.
Vltra:amplius ex altera parte.
Vltra ulterior ultimus.
Vltra & citra ita diſtinguntur.citra ad nos ultra uero illuc.
Vltra aduerbiũ loci ponitur & præpoſitio cum regit caſum.
Vltius poſtremus poſt oẽs alios poſitus.nouus.
Vltro: ponte.ſua uoluntate.
Vltro:in ſuper non uoluntarie
Vltro citroq̨ huc & illuc.
Vltus:defenſus.& uindicatus ſignificat.
Vltroneus:uoluntarius.
Vlua hærba paluſtris:dicta ab uligine.
Vlua palus.
Vlubræ ciuitas parua:illecebræ.
Vluia genus auis.
Vlulæ a luctu & planctu dictæ.
Vlulæ in eſaia ab omni tranſlatione noĩe ipſo hebræo nihil appellantur.ſeptuaginta tantũ ꝓ his ſanocentauros tranſtulerunt:ſunt qui ululas putant eſſe aues nocturnas ab ululatione uocis quã efferunt.quas uulgo gauones dicũt.
Vlulat:reſonat.ui clamat.uel uæ & luget.
Vlulatus:lamentũ.meror.luctus.
Vllus diminutiuum ab uno.
Vllus aliquis.alicubi & uſq̃ aliquãdo & nunq̃ hoc differunt:ꝙ aliquis alicubi & aliquãdo abſolute proferuntur:ut aliquis uenit:alicubi fui.aliquando contigit.Cum uero dico ullus pendet ex infinito omniũ numero:neceſſe eſt enim ullus oĩum intelligere & cunctos numeros ad hoc referri: & congrue unius diminutiuũ dicitur & ad aliquid eẽ:quomodo primus & ultimus:ſũmus & unus. Similiter u q̃ ad oĩa loca refertur:unquã ad oĩa tẽpora:unde conpoſita eorũ negatiua ſunt omniũ quæ per ea ſignificãtur.
Vmbella lapis uiridis & uilis q & ſuccinũ dicitur.
Vmbilicus eſt medius locus corporis dictus ꝙ ſit umbus iliũ:unde & umbo appellatur:locus ĩ medio clipei a quo pendet.Ex eo enim infans ĩ utetero pendet:ex eo etiã nutritur.
Vmbo ſcuti pars media eſt quaſi umblicus.
Vmbo:inde umblicus.
Vmbra eſt aer carens ſole: dicta ꝙ fiat cum ſolis obiicitur radiis:
Vmbella diminutiuum.
Vmbra mortis ſignificat obliuionem mentis a dei noticia:imitatio diaboli qui mors dicit᷑.& mors carnis intelligitur:quia uera mors eſt animæ:
Vmbrata:coronata.
Vmbræ.animæ.ſimulacra:imagines.ſomnii.
Vmbræ genus piſcis.
Vmbrachia ciuitas in epiro quam auguſtus inicopoli appellauit ab uictotiã proxĩe leucadis.
Vmbria pars tuſciæ:unde umber homo.
Vmbri italiæ gẽs ſed gallorũ ueterũ propago qui appenninũ mõtẽ incolunt de quibus hiſtoriæ ꝑhibent:eo ꝙ tempore aquoſæ cladis imbribus ſuperfuerint.Ombros græce nominatos.
Vmbroſum:nemoroſum:opacum:a mœnũ.umbram faciens.
Vmen:dignitas.umeri qſi armi ad diſtinctionẽ a pecudibꝰ ꝓprie.n.armi q̃drupedũ ſũt.umeri uero hominũ.
Vna:ſimul pariter.
Vna comitatũ ſignificat ut una perfectis pariter uero æq̃litatẽ.ut unã pariter cũ illo ducit.
Vna ſabbati uel prima ſabbati idem eſt quem nos diem dominicũ dicimus.
Vnare:ad unũ colligere:priſc.
Vno as aui & unio unis uniui unitũ eiuſdẽ ſignificationis.
Vnca:curua.
Vncare.curuare.
Vncia dicta ꝙ uniuerſitatẽ minorũ ponderũ ſua unitate uinciat idest.complectatur. conſtat autẽ drachmis:viii.ideſt ſcrupulis.xxiiii.proſde legitimũ pondus habetur:qui numerus ſcrupulorum horas diei noctiſq̨ imitatur.uel quia librã efficit duodecies cõputata.
Vncia.xxiiii.ſcrupulis conſtat ſic ſcribitur.
Vncus.curuus:anchora.
Vncus:uncinus diminutiuũ.
Vndat habũdat.ideſt bullit in cumulos ſurgit.
Vndo as.ab unda:ſimiliter abundo & inundo.
Vnda dicitur quaſi uda uel uniuerſa aqua.uel umbra uda.ũda undoſus.undula.ũdo as.ũdatio componitur abũdo.inũdo tio.bilis.redundo as. abundans tior tiſſimus. tia.ab unda componit᷑ undiſonus:
Vnde:a quo.ex quo loco.ex qua re uel qua cã.
Vnde gentiũ.interrogatiuũ:ut tibi nã gentis ſit.& in qua gente.
Vndiq̨ ex omni parte:circũquaq̨.
Vnguẽtũ ẽ oẽ qd' ex cõi oleo cõfectũ ſpetierũ commixtione augetur:odoris iocunditatẽ fumẽs: & longe redolens.cuius genera qdã dicuntur a locis ut thelinũ.quedã ab inuentore.ut amaricinũ ſunt aũt ex genere florũ.Itẽ ex materiæ ſuæ qualitate:ut roſeũ a roſa.
Vnguẽtariæ q̃ unguẽta faciũt.
Vnguens ex greco ονυκεσ uocamus.Illi eni hos oniches uocant.hic unguis huius unguis.
Vngues dicimus hominum:q qa bene ſũt propoliti:unde uſq̨ ad perfectũ unguem dicimus.ad cuius ſimilitudinẽ lapides ſuperadũtur ũde ungula deriuatur quaſi per diminutionem:ungulæ uero equorum ſunt aut auium.
Vngulæ genus tormentotum dicte ꝙ effodiant: hæ & fidiculæ.
Vngulus anulus gemmatus: hoc nomine dictus quia ſicut ungula carne ita gemma anuli cingitur auro.
Vngitur unguento uel oleo aut adipe perlauat.
Vngo gis xi.unctum unctor unctio.unctura componitur perungo: dicimus unguere & ungere quia inter g & uocalem u uim ſuam amitnt.

Vnguen nis.adeps.unguentum.

Vnguina:unctio.

Vnicornis & unicornus beſtia eſt dicta ꝙ unū cornu habeat:ideſt rhinoceros.

Vnicus:ſingularis ſummus.præclarus.

Vnicæ:ſummæ.

Vnicus pomorū:uas aucupis.

Vnicuba unius uiri uxor.

Vniones quædā margaritæ ſunt alterum nomē habentes quod tamē unus nunq̄ duo ſimul uel tres reperiantur.hic unio huius unionis.

Vnire:adiungere.conſonare.in unū facere.

Vnio nis & uno as eiuſdem ſignificationis.

Vnitio:coniunctio.media pars.

Vnitus:unum quid factus.

Vniuerſi omnes uniuerſus uero populus uł cætuſ ideſt per unumquenque.

Vniuerſitas ab uno dicta ꝙ in unitatē colligatur.

Vniuir a:unum uirū habens mulier.

Vninoca dicūtur quādo duarū aut pluriū rerū unū nomē ē:& diffinitio una:ut hominis & bouis animal quod eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. Aequocorum uero diuerſa ē definitio:ut hominis & quod pingitur:

Vnq̄:aliquando.quandoq;.

Vnq̄:ad oīa tēpora refertur:nūq̄ uero oīum temporum negatiuum.

Vnus ad numerū pertinet.ſolus uero de multis itelligitur Item unus e multis:unicus uero ſolus eſt.Itaq; unus numeratur : unicus intra numerū finitur.unus ex græco trahitur:unū enim græce ena dicitur.ſic duo & tres quos illi δύο καὶ τρία dyo & tria appellant.priſc.

Vnus una unū unius & uni facit genitiuū & datiuū ſecundum antiquos uero uni unæ uni uno:ſicut & cætera nomina quæ declinantur ſecundū pronomina:quæ ſunt octo ab eis cōpoſita.unus. ſolus.totus.ullus.nullus.alius.uter & alter: alteruter.neuter.uterq;.ſed ꝓducūt penultimā. poetica aūt auctoritate breuiāt:niſi alius qđ ſemp producitur & alterius quod ſemper breuiatur:ut qđ in ſyllabis creuit:minuatur in tēpore.& alius creſcat ſaltem in tēpore.& ſit differentia:quorū omnium tres hn̄t ſolū uocatiuos.unus.ſolus.totus.

Vnus unde unio nis.unitus unitas. ullus componitur nullus & nihilū.unanimis:unanimiter.& uniuerſus uniuerſitas.uniuerſalis. uniuerſaliter unicornis.aduno as.

Vocat:clamat.inuitat.nominat.appellat.

Vocatiuus caſus dictus quia per eum aliquē uocamus ut o Virgili . dicitur & ſalutatorius:quia per eū ſalutamus:ut ſalue o ænea.qui ſēper ſecūdæ pſonæ iūgitur.nā reliqui caſus tertiæ perſonæ ſūt.

Vocabulū incorporaliū rerū dicebatur. dicitur etiā uocabulū quod ſit in rebus inanimatis:ut ē lapis.

Vocales dictæ ꝙ per ſe uocē faciant: & ſine quibus litteralis uox proferri non poteſt a.e.i.o.u.

Vocifero & uociferor eiuſdē ſignificationis antiq̄tus:a fero componitur.

Vociferatur.fortiter clamat.uocitat : appellat frequenter uocat:

Vogeſus fluuius prope lingonas.

Vola media pars manus.ide & inuolare dicimus.

Vola manus uel palma uel manus illata.

Volare a uelis alarū dictū:uel a uelocitate.

Volat pēnis decurrit uelociter currit.

Volo as:ide uolatus.uolito.uolucer cris.cre.componitur aduolo:deuolo. euolo . reuolo .inuolo. conuolo.ambulo cum ſuis.

Volema genus pyri Vir.

Volema genus oliuæ dicta ꝙ magnitudine uolā impleant.

Voleniū gallica ligua bonū & magnū dicitur.

Volitat:uelociter uolat.percurrit.a uolo as frequētatiuum.

Volo as.pennis decurro.

Volo uis uoluntatē habeo.

Volo a græco βούλομαι boylomai facit ſecundā perſonā per cōciſionem i & mutatione o i c.adiectione is ueis antiquitus:& ei in i longa uis cauſa tertiā quoq; per conceſionē i uolt antiquitus & o i u uult.

Volumus pro i u hēt: ſecunda perſona a ertia fit addita is:uult uultis.fert fertis.ē eſtis.tertia a prima o i unt uolo uolunt.et per cætera huiuſmodi regulā ſeruat tertiæ coniugationis . Imperatiuo deficit quāuis cōpoſitā habeat.ſed ꝓ hoc utimur uelis uelit:uellē pſens & pteritū iperfectū optatiui corruptū eſt.quia a ſecunda corrupta fit:uelim futurum optatiuū propter differentiā uolā uoleſ uolet.Alia uero quæ a prima coniugatione ſolēt naſci integra remanent:præter uelim ut dictū eſt.

Volo minus ē q̄ opto.opto minus q̄ cupio.

Volo uis inde uultus:unde toruus.uolūtas.uoluntarius rie.uoluptas.cōponitur nolo & malo.

Volſci populi ſunt italiæ.

Volubile quod uolui poteſt.

Volubilis ē qui quod uidet totū deſiderat ūde uolubilitas mutatio.

Volucres a uolando dictæ:nā unde uolare:inde & ambulare dicimus : uola eni dicitur media pars manus uel pedis:quarū motu pēnæ agitantur.

Volucres nō ſolū aues uocamus:ſed etiam quicquid nimia uolocitate currit .ſed cum adiectiōe ut uolucrē equū.uolucres ſagittæ ꝙ his pennæ adgludinantur.ſine adiectione uero alites tantū hæc uolucris pro aue dicit hic uolucer & hæc uolucris & hoc uolucre pro ueloci.

Volucres uel aues ſignificant ſanctos cæleſtem uitā tenentes:uel dæmones & malos.

Volucres cæli interdū ſignificant ſuperbos : ꝓſententia eni pn̄tis loci allegoria ē tenenda.

Voluit.cogitat.diſponit.præcipitat:

Voluo uoluis uolui:uoluor uolutus.inde dicitur uolumē.uolutor.atio uolubilis.liter. uolubilitas uoluto as.inde uolutabrū.componitur aduoluo auoluo.deuoluo.reuoluo cōuoluo. prouoluo. uulgus etiā uoluēdo agens cum ſuis.

Volui dicti ꝙ ſint uolubiles & rotundi.

Volumen eſt liber a uolendo dictus ſicut uolumi

na legis.

Voluntas per n deſideriū ē nondū adeptæ rei: uoluptas uero pp rei adeptæ delectatio eſt bene uel male.

Voluntas ab eo quod ē uelle noīata eſt.

Volūtas uis aī inuiolata uel ſpontanea.

Voluntas eſt generale nomen omnium ſagallium inſtrumentorū.q qui non ui ſed uolūtate præcedit:ideo ſic dicit.

Voluntas nō ē niſi in bonis:nā in malis & flagitioſis factis cupiditas proprie dicitur nō uolūtas.

Volūtates dei duæ ee dicunt:una quā deū uelle dicimus.quod alios facit uelle:ſed quā multa uult nec facit cū ſancti ab illo inſpirati pro quibuſdā orant:quod nō fit altera q̄ cū eius pſcientia ſempiterna eſt ſecundū quā in cælo & in terra omnia q̄cunq; uoluit nō ſolū pterita & pñtia ſed etiam futura ia fecit.ſecundū hanc ēt dicimus fiet ſi deus uoluerit:nō quia mutetur uoluntas: ſed quia id quod ab æterno in eius inmutabili pparatū ē uolūtate:tunc erit.ſecundū hoc ꝙ dicitur : deus oia facere que uult fiendo:ſecundū uero ꝙ aliquid dicitur uelle quod alios facit uelle:nec tamen facit ſicut cū ſancti inſpirati ab illo pro quibuſdā orant quod nō fit:tūc ex dilectione dicitur uelle . quod ex meliori tamē prouidētiæ profectu non facit. quia aliter melius facit:

Voluſinæ & glabinæ nomina ſunt ciuitatum pluraliter.

Volutabra dicta quod ibi apri.inel porci uolutentur.

Volutat:cogitat.ſenſū uoluit:frequenter uoluit.

Volupia dea paganorū a uoluptate dicta.

Volutina dea paganorū quā in uolumentis folliculorum ſegetis peſſe dixerunt.

Voluus deus quod ſit eius radix uolubilis & rotunda.

Voluus agreſtis frequenter in cibo ſumptus uulnera ſanat.

Volux cis barbarū proprium breuiatur penultīa ſic ſimilia barbara.

Vomer dictus ꝙ humū eruat:uel ab euomēdo terrā.hic uomis uel uomer eris aratri dens eſt.

Vomex:ſummitas uomeris:uomo is.

Vomitus fit ut nihil ſtomachū teneat ex frigore uel ex flegmorū abundātia uel colerū.

Vomica genus apoſtematis quo egerendo inteſtina epar emittunt.

Vopiſcus de geminis filiis ille dicitur : qui altero ab orto legitime natus fuerit.

Vorago profunditas:abſorbitio.baratrū.

Vorat glutit.

Vorux.guloſus: glutto.deuorator.

Vortex.uorago aquæ auertendo.

Voti compos : faciens quod uult . perfector uoti.

Votificat:uotum libat.

Votiſſimū quod iam dedicatum ē uoto.

Votiuū quod promiſſū eſt uotis.

Vottax genus lacerti ē.dcā ꝙ ranæ habet faciē.nā græce rana βατραϲοϲ batrachos dicitur.

Votū.uoluntate promiſſum ſponte donum.

Vouet.ſponte promittit.optat.uoueo es uoui uotum inde inuitus uotiuus a.um.componitur de uoueo. deuotus deuoto as.

Vox materia uerborū eſt uerba uero formata uocem indicant.

Vox dicitur a uocando uel a boo βοαοβοω.

Vox eſt aeris ad linguā pcuſſio q̄ per quaſdā arterias gutturis ab aiali profertur . ſunt enim ſoni quos lingua nō formar ut tuſſis aſt non ſūt uox. ſi ſit ſola linguæ pcuſſio ē uox.ſi uero talis percuſſio ut in linguā redigat ſonū locutio ē . Quod ſi uis q̄dā imaginationis addatur.ſignificatiua uox redditur.

Vox uocis.inde uocula:uocalis:ſemiuocalis.

Voco as.uocator tio.uocalis uocabilis. unde componit aduoco aduocatus ti.euoco inuocor . reuoco.A uoce cōponitur uociferor aris. æquiuocus ca.cum.æquiuoco cas uniuocus ca.cum.

Vox eſt aer ad linguā ictus auditu ſenſibus. plato autē non eē uocem corpus putat.non enim percuſſus inquit aer ſed plaga ipſaq; percuſſio ideſt uox animatiū proprie uox eſt nā in aliis abuſiue uocis uero ſpecies ſunt multæ. harmōia ſimphonia euphonia.diaſtema:dyeſis.tonus.cantus. arſis & theſis.

Vox græce dicta a βοαοω ideſt ſono.uel latīe dicta ꝙ uoluntatē animi adnunciet.uel uox a uocādo.uoces mutorum animaliū ſic declarantes efferunt.Aquilas clangere.accipitres pipliare:uultures pulpulare. coruos cruxare uel crocitare . Miluos iupire uel iuiere.Olores drenſare grues gruere ciconias crotolare. aleres griare uel ſclingere pauones paupulare.gallos cucurrireuel cantare anates tetrinitare.turtures gemere.palūbes paucitare.perdices cacabare. graculos fringulire uel grincire:noctuas cucubire. merulas frindire uel zinziare.turdos ſucillare uel ſacilare uel ſoccitat ſturnos paſſitare.hirundines minurrire uel triciſare.paſſeres triciare.apes bombillare uel bouif. cicadas fritinnire feras etiam proprias uoces habere ita pronunciant.leones fremere.tigrides rachare.pardos felire.plantheras caurire. urſos uncare uel ſæuire : apros frendere.lynces urcare . lupos ululare.ſerpentes ſibillare. elephantos barrire.onagros magillare.ceruos ſurgire.tauros mugire.equos hinire.Aſinos rudere. porcos grunire.uerres quiritare.arietes. criſſitare. Oues balare.Hircos micire.Hædos uebare. Canes latrare. uulpes gennire.catulos clatire.lepores uagiſ.muſtellas drinorare.mures murire.ſorices deſtalare. ranas ranire uel coaxare.

Vpupa ſpurciſſima auis grece dicta ꝙ ſtercore humano & fetenti paſcitur fimo.criſtata eſt pennis rotraſta.

Vr caldaica lingua ignis.quem colebant iudei incendium.

Vr inde dicitur ignis inde uro is uſtio uſtor.ira.inde iraſcor.iratus . iraſcibilis .componitur iracundus : ira undans uſtus ta um:ſemiuſtus.buſtum

uorans uſtum componitur aduro inuro combu ro.componitur urtica:urna unde furnus.uranus οὐρανὸσ græce cælum.uranus ipſum firmamẽ tum.
Vrania:muſa aſtrologia.
Vrania poli motus ſcrutatur & aſtra.
Vranus dicitur piſcis ab oculo quem in capite hẽt quo ſemper ſupra intendit.
Vrbani uocabantur qui romæ habitabant:qui ue ro in cæteris locis oppidãi:Nam ſola roma urbs cætera oppida.
Vrbs dícitur ab orbe ideſt a rotunditate.uł ab ur uo.i.ſulco aratri.
Vrbs ædificium ciuitatis ipſa mœnia ſunt ciuitas uero non ſaxa ſed habitatores uocantur.
Vrbs dicta ab orbe quia antiqui ciuitatem in orbe faciebant uel ab urito parte aratri quo muri deſi gnabantur locus enim futuræ ciuitatis ſulco deſi gnabatur ideſt aratro:quod taurus & uacca tra hebant.oppidum ad opes pertinet.urbs ad mœ nia:ciuitas ad hitantes.
Vrceus.uas aquariũ.inde urceolus diminutiuum.
Vredo:uentus urens.
Vrget:inſtat.inſidiatur incumbit.
Vrias interpretatur lux mea dei:Etheus autẽ ab ſciſſus:uel ꝙ in ueritate non ſtetit.
Vriel:ignis dei interpretatur:ſicut legimus ignem apparuiſſe in ſylo.
Vri:uituli agreſtes:quos quidem uocant bobalos: ſed diſſimiles ſunt.
Vri agreſtes boues ſunt in germania habẽtes cor nua protenſa.ut gerulæ capacitate magna:dicta a montibus.ορoσ mõs eſt.
Vri maximi boues ſunt maiores cæteris animali bus præter elephantos.
Vrina dicta ꝙ urat ſeu ꝙ ex renibus egerit̃.cuius indicio ſalus & ægritudo futura monſtratur.
Vrit comburit:torret ſollicitat.
Vro ris uſſi uſtum.ab ur deriuat̃.uritur æſtu ſeu ſiccitate.frigore & conſientia.
Vrna menſura ẽ.quam quidam quartarium dicũt: ꝙ quattuor ſextarios capit:proprie aut ẽ quæ. pro cõdendis defunctorum cineribus ad hiberi ſolet.
Vrſus dictis ferẽ ꝙ ore ſuo formet fœtus quaſi or tus.Nam aiunt eos informes generare.xxx.die partus:& carnem quandam naſci quam mater la bendo in membra conponit.
Vrtica dicta ꝙ tactus eius corpus adurat:eſt enim igneæ naturæ & tactu perurit.
Vtrũ pars aratri q̃ plicatur.
Vs filius aram nepos ſem traconditis conditor: q̃ inter palæſtinam & celeſyriam tenuit principatũ unde fuit iob.Vs que & auſitidis regio eſt ſita ab us nepote ſem.interpretat̃ conſiliator.
Vſcundũ oppidum orientis qd ab ipſis habitatur.
Vſia ουσια græce ſubſtantia.nam græci ουσια dicũt.
Vſiadis:ſubſtantialis.
Vſia uermis eſt porci.dictus ꝙ urit & ardet.

Vſſit:combuſſit.
Vſſitat:comburit frequenter.
Vſitatũ:ſolitũ.familiare.ab uſu deriuat̃.
Vſpiam:alicubi.aliquo loco.
Vſquam:alicubi.ad oĩa loca refertur.ũde nuſquã. priſc.
Vſq;:diu.deniq; longitudinem loci uel temporis ſignificat.
Vſquequaq;.p oĩa nimis:ex toto omni modo.
Vſquequo.quãdiu:quuoſq;:ad quẽ finẽ:
Vſqui:marſi.
Vſtum:combuſtum:uror eris.uſtus:uſtio.uſtor. uſtulatus.
Vſtrina locus ubi cõburunt̃ pecora.
Vſura eſt incrementũ fœnoris ab uſurariis credita unde & dr̃.uſuraꝝ amatoribus nulla ratione ma nus inponimus.uſura uox conſũptrix.
Vſuri:uſui habituri.
Vſurpat:illicite utit̃.pſumit.
Vſus:aſſiduitas crebra locutio.
Vſus quo iure inſtructa utimur:ut in codice lege re:in tabulis ludere.Sed & ipſe fructus agroꝝ q̃ eo utimur uſus dicitur.uſus aũt fructus dicitur quia ſolo uſu habetur fructus eius.manente ap ud aliũ iure.
Vſucapio aſt adeptio dominii per continuationẽ iuſtæ poſſeſſionis uel biẽnii uel alicuius tempo ris uſucapionis.
Vt:quẽadmodũ.ſicut.
Vt.poſt.ſtatim.
Vt aduerbium temporis ẽ.ponitur etiam pro uti nam modo eſt admirandi & ſignificat q̃.modo cõ iunctio cauſalis ſicut uolo ut ubi ego ſum illi ſint mecum.
Vt aduerbium temporis.pote & ſimilitudinis eẽ & adiecta in quod eſt uti:idem ſignificat.cui ad iicitur nam:ſitq; aduerbium optatiuũ utinã.con ponunt̃ aduerbia ſimilitudinis:uelut ueluti.con iunctio etiam cauſalis accipit̃.
Vt eſt etiã optatium.ut deus illũ perdat.hoc eſt uti nam.ut igitur & uti idem ſignificãt.aduerbiũ q̃ dem quãdo tẽpus uel ſimilitudinẽ uel qualitatẽ ſiue interrogationẽ ideſt quando quomodo ſi gnificat.Quando uero gua uel an græcas coniũ ctiones ſignificat.loco coniunctionis accipit̃ præ terea uti ꝫ cõponitur inde pro uidelicet affirmã di aduerbiũ.
Vt uti uter ꝑpoſitæ grauant̃ p oẽs ſyllabas.ſubie ctæ uero generalem ſeruãt accentũ.
Vt inde uti utinã utq; uelut ueluti.
Vtenſilia.uiatici ſumptus.uſibus apta.
Vter utris neutrũ eſt & maſculinũ fixũ.
Vter utra utrũ utrius adiectiuũ ad quemlibet de duobus.ut uter noſtrorũ ueniat ideſt unus.cum uero uterq; dicimus ambo ſignificat unde deri uat̃ utrũ aduerbiũ.
Vter.unus de duobus.
Vterq; duo ſiue ambo.quiſq;.oẽs.
Vterq; de duobus:utriq; uero de binis.
Vter & utrũ differunt.Cum enim dicitur utrũ uis

eligere:ſignificat aut hoc aut illud:uter aūt acipit̃ pro perſonis:ut uter uult ueniat:ideſt qui uult de duobus.

Vterini dicti ꝙ ſint ex diuerſis patribꝫ & uno ute ro editi.Nā uterus tm̄ ē mulieris.

Vterus maſculinū:uteꝝ neutꝝ ut donatus dicit.

Vterū ſolæ mulieres habent in quo cōcipunt.Cō fundunt tamē hoc auctores & uterū pro utriuſq; ſexus uētre ponūt:dictus āt ꝙ uter⁹ ſit duplex.& ab utraq; induas ſe diuidat partes que in diuerſū diffuſæ ac replexæ circumplicantur:uel ꝙ interi us impleantur fœtu:hinc & uter dictus quod ali quid intrinſecus habeat & mēbra & uiſcera.

Vterus ri : inde uterius uterina: componitur adul ter alienū uteꝝ terenus.

Vti:ut ſtatim:uelut.

Vti:poſtq̄ aduerbium temporis.uti eſt quod in ſu um uenerit ad id quod rite amas obtinendum referre.Nā uſus illicitus:abuſus & abuſio potius nominanda eſt.

Vti ē aſſumere aliq̄d in facultatē uolūtatis:frui ue ro ē uti cum gaudio non ſpe ſed re.ꝓinde oīs q fruitur utit̃:non oīs qui utit̃ fruitur:ſed id quod ī facultatē uolūtatis aſſumitur : nō propter illud ipm ſed propter aliud appetit̃.

Vti:frui.potiri.ueſci.

Vtor eris uſus:inde uſualis uſualiter:uſura. uſita tus tata tatū:cōponit̃ uſufructus:uſurpo.abuſiue abutor.coutor.

Vto & utor idem ſignificabat antiquitus.

Vtica ciuitas africæ in ora maris ſita.

Vtile ad uſū pepetuū:aptū uero ad tempus.

Vtilitas eſt quod agit charitas ut ſibi proſit.

Vtilitas:luctum:cōpendiū.

Vtinā fiat opto:aduerbiū optandi.

Vtpote:tāq̄.ueluti.quaſi. ut primū.mox.ut quōdā ut aliquando.

Vtres:uaſa uinaria ab utero dicti.

Vtrique:ambo. utriq; de binis:utrinq; ex utraq; parte:ambo.

Vtr iuſlibet:cuiuſlibet.

Vtriuſuis:unius duorum:cuiuluis

Vtrobiq;.undiq;.

Vtrobiq; ibi & ibi in ambobus locis.

Vtrum.dialectica interrogatio hēns ſe ad utrunq;. ideſt ad affirmationem & negationem.ut cum dico interrogans utrū ſit cælum rotundum: po tes reſpondere .cælū eſt rotundum. cælum non eſt rotundum.

Vtrū.ſit nec ne.ſi illic uel illic.

Vtrūlibet.quod ex his placet.

Vtrūq; in ambo loca de duobus.

Vuæ dictæ ꝙ intrinſecus ſunt humore plenæ ſuc ciq; & pinguedinis.Nam humidnm eſt quod ex terius humorem habet.uuidum qđ iterius.uuaꝝ multa ſunt genera ex quibus ſunt ꝓcoquæ quæ cito matureſcūt. duraciæ . purpureæ.a colore da ctylæ a longitudine.Rhodiæ & libycæ a loco.ce rauniæ ꝙ rubeant.ſtefanitæ. tripediæ . unciarie cidonicæ.durabiles p totam hyemem uenicule & numenſianæ.Suburbanæ.quia fructus earum ad eſcam uelut poma in urbibus uænduntur.Cō mendant enim eas & ſpecies & ſaporis iocundi tas Genera illaꝝ quæ uino deſeruiunt ſunt pluri ma ex quibus aminea dicta quaſi ſine mimo:qđ album uinum reddit.Aminealania quia plus oī bus lanuginem habet. Rubiliana quod rubeat. Fæcinia minuti azimi & duræ cutis nobilis.plus cæteris feces fert.unde & dicitur. Apianæ dulce uinum faciunt:quas niſi cito legas a ueſpis & api bus infeſtantur:unde & dicuntur balanitæ dicte græce a magnitudine:bituricæ a regione:quæ in macra terra nō deficiunt:huius meriti & baſilica eſt.Argitis.gracula uitis foliis.Inertula nigra bo ni & lenis uini.unde & q̄ſi iers dicit̃.otice a regi one.elboæ a colore ꝙ nec nigræ nec albæ ſunt.

Vua ſignificat fructus iuſtitiæ & in malo.

Vua lupina dicta ꝙ ſemē eius uuæ ſimile eſt hæc ſtringos græce dicit̃.

Vuidus.craſſus.pinguis.

Vuidū eſt qđ intrīſecus hēt humorem.humidum uero qđ extrinſecus.

Vulua dicta quaſi ualua ideſt ianua uētris.uł ꝙ ſe mē recipiat.uel ꝙ ex ea fœtus procedat.

Vulcanalia.feſtiuitas paganoꝝ. quā græci epheſti am uocauerūt.

Vulcanus ignis dictus quaſi uolans cādor uel qua ſi uolicanus. ꝙ per aerem uolet. qui idcirco de de femore iunonis natus fingitur: quod fulmīa de uno aere naſcunt̃.claudus quia per naturam nunquā rectus eſt ignis Auctor fabrorum in for nace.qa ſine igne nullū genus metalli funditur.

Vulgatur.innoteſcit.diffamat̃.

Vulgare.cōmune.uile populare.

Vulgo.paſſim.confuſe.inordinate.

Vulgo incondite.ubiq;.

Vulgia.labelloꝝ obtortiones.

Vulgus populus ꝓmiſcuus plebs.

Vulgus paſſim īhabitās multitudo dictū q̄ſi q̄ſq; quod uult faciat.

Vulgus a uolēdo uel uolūtate uagus.priſc:

Vulgus maſculinum uel nentrū eſt.Semper tamē ſcdm regulā maſculini declinat̃.

Vulmos dicimus.quia dū inter agere ſolēt uł hye me ſoluntur & laſſi fiunt & deficiūt & infrigidāt & uix anhelāt.iſti dicūtur græce phagi ἀπὸ τοῦ φαγεῖν.ideſt comedere ex nimio appetitu ciboꝝ & non præmaſticant.

Vulnerat.ſauciat.confodit. conficit.

Vulnus ad animum refert̃.ulcus uero ad corporiſ iniuriam.Itē uulnus corporis recens plaga ulcus uero inueteratum uulnus:Item uulnus qđ aliq̄ uiolentia fit exterius quaſi ui.ulcus uero ipſa pu tredo uel qđ ex iteriori parte procedit.

Vlnera exterius fiunt ui.

Vlcera uero ab interioribus procedūt.

Vulpes dicta quaſi uolupes eſt enī uolubilis pedi bus & uunquā rectis itineribus ſed tortis anfra ctibus currit. fraudulētum animal : quæ in foſ ſis & in ſpecubus abſconditur. Vnde dominus

ait. Vulpes foueas habẽt. Hæc & in inſidiis deci pit. Nã dicitur ꝙ dum nõ habuerit eſcam: fingit ſe mortuam: terra inuoluta: ſicq; deſcẽdentes ad cadauer aues rapit & deuorat.

Vlpes: lachrymula pinus ſibi medetur: & iminentem mortẽ propellit.

Vulpes ſignificat diabolum hæreticum peccatorẽ callidum:

Vulpes uulpecula facit diminutiuũ.

Volſci gens campaniæ non longe ab urbe. auſones dicti. ueruti incedebant.

Vultur a uolatu tardo nominata dicitur: magnitudine quippe corporis præpetes uolatus non hẽt: has quidam dicunt concubitu nõ miſceri: & ſine copula concipere & generare. Natos eorum pene uſq; ad cẽtũ annos ꝓcedere.

Vultures ſicut & aquilæ ultra maria cadauera ſentiũt: hæ ſignis quibuſdam mortem homium dicunt nũciare: lachrymabile ſcilicet bellum: multo agmine ſequentes.

Vultur ris & uulturius facit nominatiuum.

Vulturnus fluuius italiæ uadoſus.

Vulturnus uẽtus q & calcias dicit̃: dexterior ſubſolani dictus ꝙ alte tonat.

Vultuoſus: cõtriſtatus uultu. triſtis. multabilis. pulcher & formoſus a uultu.

Vultus dictus, ꝙ per eum uolũtas animi oñditur Secundum uoluntatẽ eni i uarios motus mutat̃ unde a facie differt. Nã facies ſimpliciter accipit̃ de uniuſcuiuſq; naturali aſpectu qui non leuiter mutatur: uultus uero animorum qualitatẽ ſignificat quæ in uaria mutatur unde & luctuoſi dicũt̃ qui uultum ſæpe commutant dicimus & uultũ celi & maris quia cõmutatur.

Vultus ſignificat illũinationẽ noticie. uerũ iudiciũ:

Vxores dicte quaſi noxores. Mos enim erat antiqtus. ut nubentes puellæ ſemel uenirent ad limẽ mariti: prius q; ingrederent̃ ornarẽt ſe lineis uittis & oleo ugerẽt. alii ab uſu dictas putant quaſi uſores. Tres autẽ ob cãs ducit̃ uxor. prima cauſa eſt prolis. unde in geneſi legitur: Et bene dixit eos dicẽs. Creſcite & multiplicamini. Secũda cauſa adiutorii de qua ibidem. Non eſt bonum eſſe hominem ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Tertia cauſa incontinentiæ. unde dicit apoſtolus: Si quis eſt incontinens nubat tantum in domino. in eligeno marito quattuor ſpectari ſolẽt. uirtus: genus pulchritudo ſapiẽtia quæ potior eſt. Item in eligenda uxore quattuor: pulchritudo. genus. diuitiæ. mores: qui meliores ſunt. Tria requiruntur in nuptiis. fides: proles ſacramentũ: In fide attenditur ne præter coniugale uinculũ cum altero uel altera concubatur. In prole: ut amãter ſuſcipiatur. In ſacramento. ut coniugium nõ ſeparetur. nec dimiſſus uel dimiſſa alteri cõiũgat̃ pro aliqua proliſa cauſa. uxoris ſpecies duæ ſũt: una matrũfamilias q certis ſollẽnis fiebat & per coemptionem nam prius ſe inuicem interrogabant: ſi unus pater familias altera materfamilias alteri uellent eſſe. reſpondebaturq; ſe uelle: & tũc ueniebat in manum uiri. Altera uero uſu: tertia quoq; farreo fiebat: ſed cum farratio ſolis pontificibus conueniebat.

Vxeſis. amplificatio. grecũ ẽ.

Vximia citerioris hiſpaniæ ciuitas quam euertit pompeius.

Vxorius uxori ſeruiens. uxori deditus.

X Littera uſq; ad auguſti tẽpus in uſu non erat apud latinos. Et digne hoc tpe quo chriſti nomẽ innotuit. q a i figura crucis chriſti ſcribitur.

X in græcis pro ch habet̃ & ſcribitur.

Xandicos macedonũ lingua aprilis menſis.

Xantus & ſimois nomina fluminum troiæ.

Xantus cretenſium rex fuit.

Xantipus lacedæmonum rex.

Xenia: premia. dona. munera. beneficia.

Xenedochium ξενοχοχοµ græce peregrinorũ ſuſceptio dicitur. Nam hyrcanus princeps iudeorum abſtractis tribus millibus auri talentis de dauid ſepulchro. Antiocho hieruſalem obſidenti ccc. dedit de reliquo uero xenodochia inſtituit: ut inuidiam auferret.

Xenodochiũ græce collectiuum.

Xenos hoſpes δεξοµαι dechomai recipio hoſpitium: ceceptaculum.

Xenophon nomẽ cuiuſdã historiographi & philoſophi.

Xerapellinæ dñr ueteres ueſtes & ꝑciſæ.

Xerolophos ſiccus ceruus uel potius tumulus. nã ξεροσ ſiccus & λοφοσ tumulus.

Xerolybia: ſicca libya: deſerta.

Xerophagia eſt abſtinentia ciborum humentium unde & dicitur: eo ꝙ ſiccis quibuſdam utatur. xero eſt ſiccum.

Xerxes rex pſarꝫ filius darii ægyptumq; a patre diſceſſerat cepit & græciam nimia multitudine nauium & armatorum inuaſit: ſed uictus tamen refugit.

Xerotes ſiccitas.

Xeyatus: locus deambulationis.

Xiphilon hærba ad capitis fracturam ideſt miloquiſtidos hærba ſaluia

Xylon ξυλον græce lignum.

Xylobalſamũ: lignũ balſami græce.

Xylocaſſia. lignum caſſiæ.

Xylomaſticon: lignũ maſticis.

Xyrometa: mixtura myrrhæ & aloes: unde mortuorꝫ corpora condiunt̃ ne putreſcant.

Xyromata: aromata.

Xyſtarches athletarum princeps: ſubſtantiæ princeps.

Xyſtus: locus deambulationis.

Xofer tuſcorum lingua october menſis.

& z in ſolis græcis nomini bus ſcribũt.y.&.z litteras a græcis uſurpauit latinitas propter nomina ſcilicet greca.Nã uſq; ad auguſti tempus pro.z.duas ſſ ponebãt y.pythagoras ad exẽplum uitæ humanæ primus formauit: cuius uirgula ſubterior primã ætatẽ ſignificat.incertã biuiũ autẽ ꝙ ſupeſt ab adoleſcentia incipit:cuius dextra pars ardua eſt:ſed ad beatã uitã tendit.Siniſtra facilior ſed a luce ad interitum deducens:Omnia græca nomĩa que in uſum latini ſermonis ueniunt:per y ſcribenda ſunt.

Yer & erana hebraice iunius menſis.

z Littera pro græcis nominibus admiſſa eſt uſq; ad auguſti tempus:pro.z.duas ponebant ſſ.ut maſſa ꝓ maza.ponitur etiam pro d.ut mezentius pro medẽtius.

Zaab ſpecies auri:legimus enim ſpecies auri nunc ofaz.nunc tarſis:nunc obrizum.

Zaba monumentum in ꝑlio uiroꝝ fortium:

Zabatus:criſtatus.galeatus.

Zabel interpretatꝰ ſplẽdor.

Zaberna:ubi ueſtes ponuntꝰ:uel qđlibet aliud.

Zaberna:arca uel armariolum.

Zabin:intellectus.

Zabulon interpretatur fluxus noctis:odor ſuauitatis.habitaculum pulchritudinis.

Zabulon interpretatꝰ habitaculũ.Sextũ enĩ hunc filium genuit lya.propterea iam ſecura dixit: habitabit mecum uir meus:unde & filius eius dictus eſt habitaculum.

Zabulus eſt ſathanas quod latine ſonat aduerſarius uel tranſgreſſor.

Zacharias interpretatur memoria domini:nam anno.lxx.deſolatiõis tẽpli completo zacharia ꝑdicante memoratus eſt dei populus:& reædificata eſt urbs & templum & quod canitꝰ:Memorare teſtamenti ſui ſancti:

Zacheus interpretatur iuſtus uel iuſtificatus ſe iuſtificandus:ſyrum nomen eſt ſignificat humanũ genus.

Zacynthos eſt inſula achaiæ.

Zai iterpretatꝰ alimentum mundi littera ẽ hebraica

Zamri interpretatur iſte laceſcens uel amaricans proprie ꝙ peccãdo amaricauerit populm iſrael.

Zame fons in africa canoras uoces facit.

Zamli interpretatꝰ pſalmus uel canticum:

Zande ciuitas iuxta ſiciliam.

Zar apud hebræos dicitur ſecundus menſis id eſt aprilis.

Zarda:apalienatus.

Zara in cuius manu erat coccinum:interpretatur oriens.quia primus apparuit:ſiue ꝙ plurimi iuſti ex eo nati ſunt.

Zarea interpretatꝰ exortus omnis.

Zauas ideſt rutas.

Zeb interpretatꝰ lupus.

Zebeæ interꝑtatꝰ hoſtia.ſed lupi hoſtia quam ſuffocauerit lupus.

Zebeæ hoſtia perfecta in malis.

Zebeus interpretatur ſacrificium hic.

Zebedeus donatus ſiue fluens iſte interꝑtatꝰ.

Zebub iterpretatur muſca.unde belzebub uir uldeus muſcarum.

Zeba hebraice uictimas populi.ſiue uictimam ſignificat.

Zeſuicus cuius habitatores dicti ſunt zeſei:i quorum regione ſe abſconderat dauid cum eum ꝑſequeretꝰ ſaul.

Zuphiri interꝑtantꝰ fletentes galli.

Zephyrus græce dictus ꝙ flores & gramĩa eius flatu uiuificentꝰ:hic fauonius dicitꝰ latine.

Zein interpretatꝰ terra commutata.

Zelares proprium fuit.

Zelari dicitꝰ qui cũ cruciatu mentis caſtitatẽ cuſtodit uxoris.

Zelare:amare: meliora æmulari.in bonã partem & in malã inuidiari felicitati alterius.

Zelo as.& zelor aris.

Zelfa ancilla lyæ:interꝑtatꝰ oriens.

Zelus:inuidia:contentio.

Zelus i bonã partẽ accipi poteſt: cũ quis nititur ea quæ meliora ſunt æmulari:& in malam partem cum quis dolet aliũ ſe eſſe meliorem.Inuidia uero aliena felicitate torquetꝰ.

Zelotypus: ſuſpitioſus:ab omnibus timẽs.uxorẽ æmulans.

Zelotypia ꝓprie mala ſuſpitio cõtra uxorẽ: emulat

Zelotes ſimõ dictus ẽ a uico cana:q̃ iterꝑtatꝰ zelus.

Zema:olla.

Zemirne calami:uel ſmyrne reſina.

Zemelantes lapidis genus.

Zema ζυμν fermentũ.græcũ eſt.

Zenobia regina fuit q̃ occiſo donato marito orientem tenuit:hãc aurelianus cepit prope ãtiochiã.

Zeno philoſophus ſtoicoꝝ.

Zenones antea dicebãtꝰ:q nũc galli ſenões uocãtꝰ

Zerates pondus duobus calculis cõſtat:uel ſiliqua una & dimidia & ſic ſcribitꝰ.Z.

Zerne impetigines græce.

Zete hyemales ideſt domus hyemales:quas calidas facit ſubducta flamma.

Zete æſtiuales:quas frigidas facit ſubducta aqua.

Zete domus:q̃ ſubtus pedes habent aquas.

Zetus philoſophus quidam qui apud græcos in muſica primus claruit.

Zetus & orphialtes gigãtes q̃ cõtra deos fuerunt.

Zetus & calais aquilionis filii fuerunt.

ζεῦγμα Zeugma iugatio:nam ζευγοσ iugum. ζεύγνυω iungo.

Zeugma in pluribus ſenſibus unius uerbi clauſula.ut anguis ap iuuẽis pereũt ui põdere morſu.

Zeugis ubi carthago ẽ & uera africa cuius proxi-

ma frugifera ſi.ulteriora ſerpẽtib'& beſtiis plẽa.

Zeuſis ζεισιο iugatio iũctura græce.

Zezabel interpretat᷑ fluens ſanguinem uel ubi eſt
ſterquilinium.

Zian meritum græce:aſtiuũ eſt.

Zimia ζημια græce damnum.

Zimalax:trifolium.

Zima ideſt corruptio.Azima ſine corruptione.

Zimyrne:myrrha.

Zinziber qui & artemiſia genera habet tria meno
gloſa tangetes:leptohilox.

Zimbine:lanceæ.aculei lancearũ.

Zimbina:lancea.

Zys acutus nomen.

Zinziber genus pigmenti:quod in india naſcitur
lingua eoꝝ ita dicit.

Zynzigiæ pentaſyllabi pedes græce dictæ q̃ſi que
dam cõiunctiones:ſed hi non ſunt pedes ſed di
cuntur pẽtaſyllabi & hexaſyllabi.q ultra quoque
ſex ſyllabas non procedũt.

Zynzugiuus:cõiũctiuus.cõcathenatus.

Zizania ζιζανια quã poetæ infelix lolium dicunt
drauca.

Zizania ſignificant ſcãdala uł male uiuẽtes uel ini
micũ:zizania græcũ ẽ:zizanium uero a latinis.

Zyſon ſemper uia drauca ideſt certa & uera.

Zizaparum:ſpeties arboris.

Zmilantis lapis legit᷑ in eufrate.

Zoi ζωι uita.

Zoã ζωα græce uiuentia animalia ſine rõne.

Zœ & pyſche ζωρκαι ψυχη græce uita & aĩa.

Zoagraphia aĩalium pictura uł deſcriptio nã zoa
græce animalia.

Zodia græce ſigna dñr.inde zodiacus quaſi ſigni
fer dicit᷑ qui ẽ circulus ſignorum.

Zodiacus inde dcũs quia animalia habeat.

Zodiacus ſignifer circulus:qui duodecim cõtinet
ſigna:ideſt arietem & cætera.

Zographon:pictor.

Zographimenos qui pingit᷑.

Zolomini præparati in acie.

Zona:cingulus.cintoriũ.

Zone cæli circuli ideo appellant᷑ ꝗ in circunducti
one ſphæræ exiſtũt:quoꝝ circuloꝝ primus arcti
cos:ſecundus thermos tropicos:tertius himeri
nos:quartus chimerinos tropicos:quintus antar
cticos:hæ ſunt quinq; zonæ de quibus uirg. di
xit.Quinq; tenent celum zonæ.

Zoroaſtes rex bacteanoꝝ inuẽtor magicæ artis
quem ninus rex aſſirioꝝ prelio ĩterfecit: quando
natus ẽ ſolus fertur riſiſſe:malũ ſignum.

Zorababel tribus integris noibus apud hebræos
tradit᷑ eſſe compoſitum:zo ideſt iſte:ro magiſter.
babel proprie babylon ſonat:& efficitur iſte ma
giſter de babylone ibi eñi mortuus eſt:ibi & prin
ceps iudææ gentis extitit.

Zozimus græce uiuax uel uiuidus.

Zotice uirtutis ideſt uitalis.ĩcedens.conſiſtens.

Zozaicus circulus eſt:q ex lineaꝝ quinq; angulis
& una linea conſtat.

Zoziacum ſyderale.

Zozia ſigna.

Zoroteros Zωρο Tέρος uiuatior.

Deo Gratias.

Infinitas & multiplices benedictionis gratias iam
deo patri referimus qui p coæternũ filium ſuũ in
ſanti ſpũs gratia noſtrum opus ex multis & di
uerſis texturis elaboratum atq; contextũ : licet p
multorũ annoꝝ curricula ad finem tamen uſq; p
duxit.ſi tamẽ ad huc ad eiuſdẽ perfectionis tumu
lum ex totius artis gramaticæ utilitate ualde nẽ
ceſſarium & ex compendio q̈ poterimus breuiſſi
mum appoſuerimus libellum:ut cito quiſq; ue
lit totum tranſcurrere poſſit:& quam uult partẽ
per totã uindicet artem.pro quibus omnib' uos
inuito:exoro etiam adiuoro frares mei quicunq;
flagratis ex deſiderio regni dei:quiq; huius no
ſtri laboris ſcientiæ doctrinam quaſi refugii do
mum tutiſſimumq; portum ad chriſti laudẽ glo
riam & benedictionem obtinere cupitis.Hoc ſo
lum ſummumq; mihi reprendatis: ĩmmodũ ex
diuina gratia acquiratis: quatenus ueſtris orati
onibus elemoſynis cæteriſq; ſpũalibus auxiliis
adiutus oĩumq; meorum percepta uenia peccato
rum uobiſcum ad æterna ualeam peruenire gau
dia.ubi iam reuelat facie illa uera & coæterna per
fruamur ſapientia cũ patre & ſpiritu ſancto per in
finita ſæcula ſeculorum.Amen.

FINIS.

Impreſſum Venetiis per Philippũ de pincis Man
tuanum.Anno.domini.Mcccc.xcyi.die.xix Apri
lis.Regnante ſereniſſimo Auguſtino Barbadi
co.Venetiarum duce feliciſſimo.

# REGISTRVM HVIVS OPERIS

a
Papias uo.
Papias ſi.
Abiſſus
Accidalus
b
Alpha
pedum
Anagoge
Anobarba
c
ſinil ara.
unum
ſtris affricã
barus uero
d
Cantare
liginoſos
prima oda
ſeptuageſimo
e
Ciprius
una naue
Cogiarium
Comedere.
f
Chro flos.
Cuptare
De non
cui eſt ſer.

g
Do ideſt
Duellum
uel peregrini
Elanguere
h
Excidium
mõ appo.
Famoſus
mina ſunt
i
ſor fuſilis
Gallicanus
Geneſis
Geſtamina.
k
Hldria uas
Hyle cum
Iacolum
eſt obſe ruatio
l
ſco.inde
Intubum
uitium
Septima
m
cum lex
Item ſiquẽ
Libra.xii.
Lymina

n
mane
quia humi
runt matro.
ctere poſunt
o
molunt
bra uel
tur qnod .
genera.
p
cauſæ
ri poſſunt
Oblectametum
primum ab
q
Ocium
Paleſtra
gnitudine
Paraſceue
r
cellens
portulaca
rari &
pregno aſ
ſ
proſtracti
mẽ p ulicis
bus orbi
Quantulũ

BOTTEGA d'ERASMO
VIA GAUDENZIO FERRARI, 9
TORINO

Ristampa anastatica, a tiratura limitata, 1966